SANTA HILDEGARDA DE BINGEN

Scivias (Conoce los caminos)

Scivias

TOMO I · II

SABBATISMUS

Santa Hildegarda de Bingen (1098–1179)
Scivias · Scivias (Conoce los caminos)

Texto latino: dominio público.
Traducción, alineación y edición © 2026 Inversiones San Juan Diego (Sabbatismus). Licencia Creative Commons Atribución-CompartirIgual 4.0 Internacional (CC BY-SA 4.0).

Edición bilingüe frente a frente: latín en las páginas pares, español en las impares.
Sabbatismus es la editorial de la fundación Inversiones San Juan Diego, San Pedro Sula, Honduras.
Compuesto en EB Garamond y Cinzel.
sabbatismus.com

ÍNDICE

EL SCIVIAS DE SANTA HILDEGARDA, O LOS TRES LIBROS DE VISIONES Y REVELACIONES. 5
VISIÓN PRIMERA. 7
VISIÓN SEGUNDA. 13
VISIÓN TERCERA. 47
LA QUINTA VISIÓN. 107
LA SEXTA VISIÓN. 113
LIBRO SEGUNDO. 125
SEGUNDA VISIÓN. 139
TERCERA VISIÓN. 149
Visión C 179
VISIÓN QUINTA. 195
VISIÓN SÉPTIMA. 357

SANCTAE HILDEGARDIS SCIVIAS SIVE VISIONUM AC REVELATIONUM LIBRI TRES.

LIBER PRIMUS.

PRAEFATIO.

Ecce quadragesimo tertio temporalis cursus mei anno, cum coelesti visioni magno timore, tremula intentione inhaererem, vidi maximum splendorem, in quo facta est vox de coelo ad me dicens: O homo fragilis, et cinis cineris et putredo putredinis, dic et scribe quae vides et audis. Sed quia timida es ad loquendum, et simplex ad exponendum, et indocta ad scribendum ea, dic et scribe ea non secundum os hominis, nec secundum intellectum humanae adinventionis, nec secundum voluntatem humanae compositionis, sed secundum id quod ea in coelestibus desuper in mirabilibus Dei vides et audis; ea sic edisserendo proferens, quemadmodum et auditor verba praeceptoris sui percipiens, ea secundum tenorem locutionis illius, ipso volente, ostendente et praecipiente propalat. Sic ergo et tu, o homo, dic ea quae vides et audis: et scribe ea non secundum te, nec secundum alium hominem, sed secundum voluntatem scientis, videntis et disponentis omnia in secretis mysteriorum suorum. Et iterum audivi vocem de coelo mihi dicentem: Dic ergo mirabilia haec, et scribe ea hoc modo edocta, et dic. Actum est in millesimo centesimo quadragesimo primo Filii Dei Jesu Christi incarnationis anno, cum quadraginta duorum annorum septemque mensium essem, maximae coruscationis igneum lumen aperto coelo veniens, totum cerebrum meum transfudit, et totum cor totumque pectus meum velut flamma non tamen ardens, sed calens ita inflammavit, ut sol rem aliquam calefacit super quam radios suos immittit. Et repente intellectum expositionis librorum videlicet Psalterii, Evangeliorum et aliorum catholicorum tam Veteris quam Novi Testamenti voluminum sapiebam, non autem interpretationem verborum textus eorum, nec divisionem syllabarum, nec cognitionem casuum aut temporum callebam. Virtutem autem mysteriorum, secretarum et admirandarum visionum a puellari aetate, scilicet a tempore illo cum quinquennis essem usque ad praesens tempus, mirabili modo in me senseram, sicut et adhuc: quod tamen nulli hominum exceptis quibusdam paucis et religiosis qui in eadem conversatione vivebant qua et ego eram, manifestavi, sed interim usque ad id temporis quo illud Deus sua gratia manifestari voluit, sub quieto silentio compressi. Visiones vero quas vidi: non eas in somnis, nec dormiens, nec in phrenesi, nec corporeis oculis aut auribus exterioris hominis, nec in abditis locis percepi, sed eas vigilans, circumspiciens in pura mente oculis et auribus interioris hominis, in apertis locis secundum voluntatem Dei accepi. Quod quomodo sit, carnali homini perquirere difficile est.

EL SCIVIAS DE SANTA HILDEGARDA, O LOS TRES LIBROS DE VISIONES Y REVELACIONES.

LIBRO PRIMERO.

PREFACIO.

He aquí que en el cuadragésimo tercer año de mi curso temporal, mientras me aferraba a una visión celestial con gran temor e intención temblorosa, vi un resplandor inmenso, en el cual se produjo una voz del cielo que me decía: Oh ser humano frágil, ceniza de la ceniza y podredumbre de la podredumbre, di y escribe lo que ves y oyes. Pero porque eres tímida para hablar, sencilla para exponer e indocta para escribir estas cosas, dilas y escríbelas no según la boca del hombre, ni según el entendimiento de la invención humana, ni según la voluntad de la composición humana, sino según lo que de ellas ves y oyes en las alturas celestiales, en las maravillas de Dios; sacándolas a la luz al explicarlas de tal modo como el oyente que, recibiendo las palabras de su maestro, las divulga según el tenor de aquel lenguaje, por su voluntad, indicación y mandato. Así pues, también tú, oh ser humano, di lo que ves y oyes: y escríbelo no según tú, ni según otro hombre, sino según la voluntad de Aquel que conoce, ve y dispone todas las cosas en los secretos de sus misterios. Y de nuevo oí una voz del cielo que me decía: Di, pues, estas maravillas, y escríbelas habiendo sido instruida de este modo, y di. Sucedió en el año mil ciento cuarenta y uno de la encarnación del Hijo de Dios Jesucristo, cuando yo tenía cuarenta y dos años y siete meses, que una luz ígnea de grandísimo resplandor, viniendo del cielo abierto, infundió todo mi cerebro, e inflamó todo mi corazón y todo mi pecho como una llama, aunque no ardiente sino cálida, tal como el sol calienta algo sobre lo cual lanza sus rayos. Y de repente comprendí el sentido de la exposición de los libros, a saber, del Salterio, de los Evangelios y de otros volúmenes católicos, tanto del Antiguo como del Nuevo Testamento, aunque no conocía la interpretación de las palabras de su texto, ni la división de las sílabas, ni tenía conocimiento de los casos o de los tiempos. Mas el poder de los misterios, de las visiones secretas y admirables, lo había sentido en mí de modo maravilloso desde mi niñez, a saber, desde aquel tiempo en que tenía cinco años hasta el tiempo presente, tal como todavía lo siento: lo cual, sin embargo, no manifesté a ningún hombre, exceptuando a unos pocos y religiosos que vivían en la misma forma de vida que yo, sino que entre tanto, hasta aquel tiempo en que Dios por su gracia quiso que fuera manifestado, lo mantuve reprimido bajo un tranquilo silencio. En verdad las visiones que vi: no las percibí en sueños, ni durmiendo, ni en frenesí, ni con los ojos o oídos corporales del hombre exterior, ni en lugares ocultos, sino que las recibí estando despierta, mirando a mi alrededor con mente pura, con los ojos y oídos del hombre interior, en lugares abiertos según la voluntad de Dios. Cómo sea esto, es difícil de investigar para el hombre carnal.

Sed puellari meta transacta: cum ad praefatam aetatem perfectae fortitudinis pervenissem, audivi vocem de coelo dicentem: Ego lux vivens, et obscura illuminans; hominem quem volui, et quem mirabiliter secundum quod mihi placuit excussi in magnis mirabilibus ultra modum antiquorum hominum qui in me multa secreta viderunt posui; sed in terram stravi illum, ut se non erigeret in ulla elatione mentis suae. Mundus quoque non habuit in eo gaudium, nec delectationem, nec exercitationem in rebus illis quae ad ipsum pertinent, quia eum de pertinaci audacia abstraxi, timorem habentem, et in laboribus suis paventem. Ipse enim in medullis et in venis carnis suae doluit: constrictum animum et sensum habens, atque multam passionem corporis sufferens, ita quod in eo nulla securitas habitavit, sed in omnibus causis suis se culpabilem aestimavit. Nam ruinas cordis ejus circumsepsi, ne mens ipsius per superbiam aut per vanam gloriam se elevaret, sed magis in omnibus his timorem et dolorem quam gaudium aut petulantiam sentiret. Unde in amore meo scrutatus est in animo suo, ubi illum inveniret qui viam salutis curreret. Et quemdam invenit et eum amavit, agnoscens quod fidelis homo esset et similis sibi in aliqua parte laboris illius qui ad me tendit, tenensque eum simul cum illo in omnibus his per supernum studium contendit, ut absconsa miracula mea revelarentur. Et idem homo super semetipsum se non extulit, sed ad illum in ascensionem humilitatis et in intentione bonae voluntatis quem invenit, se in multis suspiriis inclinavit. Tu ergo, o homo, qui haec non in inquietudine deceptionis, sed in puritate simplicitatis accipis ad manifestationem absconditorum directa, scribe quae vides et audis.

Sed ego, quamvis haec viderem et audirem, tamen propter dubietatem et malam opinionem, et propter diversitatem verborum hominum, tamdiu non in pertinacia, sed in humilitatis officio scribere recusavi, quousque in lectum aegritudinis, flagello Dei depressa caderem, ita quod tandem multis infirmitatibus compulsa: testimonio cujusdam nobilis et bonorum morum puellae et hominis illius quem occulte (ut praefatum est) quaesieram et inveneram, manus ad scribendum apposui. Quod dum facerem, altam profunditatem expositionis librorum, ut praedixi, sentiens, viribusque receptis de aegritudine me erigens: vix opus istud decem annis consumans ad finem perduxi. In diebus autem Henrici Moguntini archiepiscopi et Conradi Romanorum regis et Cunonis abbatis in monte Beati Disibodi pontificis, sub papa Eugenio, hae visiones et verba facta sunt. Et dixi et scripsi haec, non secundum adinventionem cordis mei aut ullius hominis, sed ut ea in coelestibus vidi, audivi et percepi per secreta mysteria Dei. Et iterum audivi vocem de coelo mihi dicentem: Clama ergo et scribe sic.

VISIO PRIMA.

Pero pasado el límite de la niñez: habiendo llegado a la predicha edad de perfecta fortaleza, oí una voz del cielo que decía: Yo soy la luz viviente, que ilumina lo oscuro; al hombre que quise, y a quien maravillosamente según me plugo sacudí, lo puse en grandes maravillas más allá de la medida de los antiguos hombres que vieron en mí muchos secretos; pero lo postré en tierra, para que no se erigiera en ninguna elación de su mente. Tampoco el mundo tuvo en él gozo, ni deleite, ni ejercicio en aquellas cosas que a él pertenecen, porque lo aparté de la audacia pertinaz, teniendo temor y temblando en sus trabajos. Pues él dolió en las médulas y en las venas de su carne: teniendo el ánimo y el sentido constreñidos, y sufriendo mucha pasión del cuerpo, de modo que en él no habitó seguridad alguna, sino que en todas sus causas se estimó culpable. Pues rodeé las ruinas de su corazón, para que su mente no se elevara por soberbia o por vanagloria, sino que más bien en todas estas cosas sintiera temor y dolor que gozo o petulancia. Por lo cual, en mi amor, escrutó en su alma dónde encontraría a aquel que corriera el camino de la salvación. Y encontró a uno y lo amó, reconociendo que era un hombre fiel y semejante a sí mismo en alguna parte de aquel trabajo que tiende hacia mí; y reteniéndolo, junto con él se esforzó en todas estas cosas por el celo celestial, para que mis milagros escondidos fueran revelados. Y el mismo hombre no se ensalzó sobre sí mismo, sino que hacia aquel a quien encontró, en la ascensión de la humildad y en la intención de la buena voluntad, se inclinó con muchos suspiros. Tú pues, oh ser humano, que recibes estas cosas no en la inquietud del engaño, sino en la pureza de la sencillez, dirigidas a la manifestación de lo oculto, escribe lo que ves y oyes.

Pero yo, aunque veía y oía estas cosas, sin embargo, por la duda y la mala opinión, y por la diversidad de las palabras de los hombres, durante mucho tiempo me negué a escribir, no por pertinacia sino en el oficio de la humildad, hasta que, abatida por el azote de Dios, caí en el lecho de la enfermedad, de modo que finalmente, obligada por muchas flaquezas: por el testimonio de cierta joven noble y de buenas costumbres y de aquel hombre a quien secretamente (como se ha dicho antes) había buscado y encontrado, puse mi mano para escribir. Mientras hacía esto, sintiendo la alta profundidad de la exposición de los libros, como predije, y recuperando fuerzas, levantándome de mi enfermedad: llevé esta obra a su fin, consumándola apenas en diez años. En los días de Enrique, arzobispo de Maguncia, y de Conrado, rey de los Romanos, y de Cunón, abad en el monte del Bienaventurado Obispo Disibodo, bajo el papa Eugenio, ocurrieron estas visiones y palabras. Y dije y escribí estas cosas, no según la invención de mi corazón ni de hombre alguno, sino tal como las vi, oí y percibí en los cielos a través de los secretos misterios de Dios. Y de nuevo oí una voz del cielo que me decía: Clama, pues, y escribe así.

VISIÓN PRIMERA.

SUMMARIUM.---De fortitudine et stabilitate aeternitatis regni Dei. De timore Domini. De iis qui pauperes spiritu sunt. Quod virtutes a Deo venientes, timentes Deum et pauperes spiritu custodiunt. Quod agnitioni Dei abscondi non possunt studia actuum hominum. Salomon de eadem re.

Vidi quasi montem magnum, ferreum colorem habentem, et super ipsum quemdam tantae claritatis sedentem, ut claritas ipsius visum meum hebetaret, a quo ex utraque parte sui, lenis umbra velut ala mirae latitudinis et longitudinis porrigebatur. Et ante ipsum ad radicem ejusdem montis quaedam imago undique plena oculis stabat, cujus nullam humanam formam prae oculorum multitudine discernere valebam, et ante istam, imago alia puerilis aetatis, pallida veste, sed albis calceamentis induta, super cujus caput tanta claritas de eo qui super montem ipsum sedebat descendit, ut faciem ejus intueri non valerem, sed ab eodem qui super montem illum sedebat: multae viventes scintillae prodibant, quae easdem imagines magna suavitate circumvolabant. In ipso autem monte quasi plurimae fenestellae cernebantur, in quibus velut capita hominum, quaedam pallida et quaedam alba apparuerunt. Et ecce qui super montem sedebat, fortissima et penetrantissima voce clamabat, dicens: O homo fragilis pulvis de pulvere terrae, et cinis de cinere, clama et dic de introitu incorruptae salvationis: quatenus ii erudiantur qui medullam Scripturarum videntes, eam nec dicere, nec praedicare volunt, quia tepidi et hebetes ad conservandam justitiam Dei sunt, quibus clausuram mysteriorum resera: quam ipsi timidi in abscondito agro sine fructu celant. Ergo in fontem abundantiae ita dilatare, et ita in mystica eruditione efflue, ut illi ab effusione irrigationis tuae concutiantur, qui te propter praevaricationem Evae volunt contemptibilem esse. Nam tu acumen hujus profunditatis ab homine non capis, sed a superno et tremendo judice illud desuper accipis, ubi praeclara luce haec serenitas inter lucentes fortiter lucebit. Surge ergo, clama et dic: quae tibi fortissima virtute divini auxilii manifestantur, quoniam ille qui omni creaturae suae potenter et benigne imperat, ipsum timentes et ipsi suavi dilectione in spiritu humilitatis famulantes, claritate supernae illustrationis perfundit, et ad gaudia aeternae visionis in via justitiae perseverantes perducit.

Unde etiam, ut vides, mons iste magnus ferreum colorem habens, designat fortitudinem et stabilitatem aeternitatis regni Dei; quae nullo impulsu labentis mutabilitatis potest exterminari, et super ipsum quidam tantae claritatis sedens, ut claritas ipsius visum tuum hebetaret: ostendit in regno beatitudinis, ipsum qui in fulgore indeficientis serenitatis toti orbi terrarum imperans superna divinitate, humanis mentibus incomprehensibilis est.

SUMARIO.---Sobre la fortaleza y estabilidad de la eternidad del reino de Dios. Sobre el temor del Señor. Sobre aquellos que son pobres de espíritu. Que las virtudes que vienen de Dios custodian a quienes temen a Dios y son pobres de espíritu. Que al conocimiento de Dios no pueden ocultarse los esfuerzos de los actos de los hombres. Salomón sobre la misma materia.

Vi como un monte grande, que tenía color de hierro, y sobre él a alguien sentado de tan gran claridad, que su claridad embotaba mi vista, de quien a ambos lados de sí, se extendía una suave sombra como un ala de maravillosa latitud y longitud. Y ante él, a la raíz del mismo monte, estaba una cierta imagen llena de ojos por todas partes, cuya forma humana no podía distinguir por la multitud de ojos; y ante esta, otra imagen de edad pueril, vestida con túnica pálida pero calzada con calzado blanco, sobre cuya cabeza descendió tan gran claridad de aquel que estaba sentado sobre el monte, que no podía contemplar su rostro; pero de aquel mismo que estaba sentado sobre aquel monte salían muchas centellas vivientes, que volaban alrededor de las mismas imágenes con gran suavidad. En el monte mismo se divisaban como muchísimas ventanillas, en las cuales aparecieron como cabezas de hombres, unas pálidas y otras blancas. Y he aquí que el que estaba sentado sobre el monte clamaba con voz fortísima y penetrantísima, diciendo: Oh humano, frágil polvo del polvo de la tierra, y ceniza de la ceniza, clama y di sobre la entrada de la incorrupta salvación: para que sean instruidos aquellos que, viendo la médula de las Escrituras, no quieren decirla ni predicarla, porque son tibios y lerdos para conservar la justicia de Dios, a quienes abre el cerrojo de los misterios: que ellos, temerosos, esconden sin fruto en un campo oculto. Por tanto, dilátate así en la fuente de la abundancia, y fluye así en la mística instrucción, para que sean sacudidos por la efusión de tu irrigación aquellos que quieren que seas despreciable a causa de la prevaricación de Eva. Pues tú no captas la agudeza de esta profundidad del hombre, sino que la recibes de lo alto del superno y tremendo Juez, donde esta serenidad brillará fuertemente con preclara luz entre los que lucen. Levántate, pues, clama y di: las cosas que se te manifiestan por la fortísima virtud del auxilio divino, porque aquel que impera potente y benignamente sobre toda su criatura, inunda con la claridad de la ilustración superna a quienes le temen y le sirven con suave amor en espíritu de humildad, y conduce a los gozos de la visión eterna a quienes perseveran en la vía de la justicia.

De donde también, como ves, este gran monte que tiene color de hierro designa la fortaleza y estabilidad de la eternidad del reino de Dios; la cual por ningún impulso de cambiante mutabilidad puede ser destruida, y sobre él alguien sentado de tan gran claridad, que su claridad embotaba tu vista: muestra en el reino de la bienaventuranza a aquel que, imperando sobre todo el orbe de las tierras en el fulgor de indeficiente serenidad con su superna divinidad, es incomprensible a las mentes humanas.

Sed ab utraque parte sui lenis umbra velut ala mirae latitudinis et longitudinis extenditur: quod est et in admonitione et in castigatione beatae defensionis suavis et lenis protectio, ineffabilem justitiam in perseverantiam verae aequitatis juste et pie demonstrans.

Et ante ipsum ad radicem ejusdem montis quaedam imago undique plena oculis stat, quia coram Deo in humilitate regnum Dei inspiciens timore Domini vallatus perspicuitate bonae et justae intentionis studium et stabilitatem suam in hominibus exercet, ita quod ejus nullam humanam formam prae ipsis oculis discernere vales, quoniam omnem oblivionem justitiae Dei quam saepius homines in taedio mentis suae sentiunt per acutissimam aciem inspectionis suae ita abjicit: quod mortalis inquisitio vigilantiam ejus in debilitate sua non discutit.

Unde et ante istam, imago alia puerilis aetatis, pallida tunica, sed albis calceamentis induta apparet, quia praecedente timore Domini, illi qui pauperes spiritu sunt subsequuntur, quoniam timor Domini in devotione humilitatis beatitudinem paupertatis spiritus fortiter tenet; quae non jactantiam nec elationem cordis appetit, sed simplicitatem et sobrietatem mentis diligit, non sibi sed Deo velut in pallore subjectionis justa opera sua quasi indumentum pallidae tunicae tribuens, et candida vestigia Filii Dei fideliter subsequens. Super cujus caput tanta claritas de sedente super montem descendit, ut faciem ejus intueri non possis; quia potestatem et fortitudinem beatitudinis ejus serenitas visitationis illius, qui omni creaturae laudabiliter imperat tantam infundit ut copiositatem ipsius mortali et infirma consideratione capere non valeas, quoniam et ille qui coelestes divitias habet, paupertati humiliter se subdidit.

Sed quod ab eodem qui super montem illum sedet multae viventes scintillae exeunt, quae easdem imagines magna suavitate circumvolant: hoc est quod ab omnipotente Deo diversae et fortissimae virtutes in divina claritate fulgentes veniunt, quae illos qui Deum veraciter timent et qui paupertatem spiritus fideliter amant, suo adjutorio et custodia circumdantes ardenter amplectuutur et deliniunt. Unde et in ipso monte quasi plurimae fenestellae videntur, in quibus velut capita hominum quaedam pallida, et quaedam alba apparent; quia in summa altitudine, profundissimae et perspicacissimae agnitioni Dei nec celari, nec abscondi possunt studia actuum hominum, cum et teporem et candorem in semetipsis saepissime demonstrent, quoniam et modo homines et in cordibus et in factis suis fatigati in contumelia dormitant: modo exsuscitati in honore evigilant, quemadmodum Salomon in voluntate mea testatur, dicens: Egestatem operata est manus remissa, manus autem fortium divitias parat (Prov. X).

Pero a ambos lados de sí se extiende una suave sombra como un ala de maravillosa latitud y longitud: la cual es, tanto en la amonestación como en el castigo, la suave y lene protección de la bienaventurada defensa, demostrando justa y piadosamente la inefable justicia en la perseverancia de la verdadera equidad.

Y ante él a la raíz del mismo monte está una cierta imagen llena de ojos por todas partes, porque ante Dios, contemplando el reino de Dios en humildad, el Temor del Señor, circundado por la perspicuidad de la buena y justa intención, ejerce su empeño y estabilidad entre los hombres, de modo que no puedes discernir ninguna forma humana de ella ante los ojos mismos, puesto que rechaza todo olvido de la justicia de Dios que los hombres muy a menudo sienten en el tedio de su mente a través de la agudísima mirada de su inspección: de modo que la investigación mortal no escudriña su vigilancia en su debilidad.

De donde también ante esta aparece otra imagen de edad pueril, vestida con túnica pálida pero con calzado blanco, porque, precediendo el Temor del Señor, le siguen aquellos que son pobres de espíritu, puesto que el Temor del Señor en la devoción de la humildad sostiene fuertemente la bienaventuranza de la pobreza de espíritu; la cual no apetece la jactancia ni la elación del corazón, sino que ama la sencillez y la sobriedad de la mente, atribuyendo sus justas obras no a sí misma sino a Dios como en el palor de la sujeción, como el indumento de una túnica pálida, y siguiendo fielmente las cándidas huellas del Hijo de Dios. Sobre cuya cabeza desciende tan gran claridad de aquel que está sentado sobre el monte, que no puedes contemplar su rostro; porque la serenidad de la visitación de aquel que laudablemente impera sobre toda criatura infunde tan gran potestad y fortaleza de su bienaventuranza que no puedes captar su copiosidad con mortal e infirma consideración, puesto que incluso aquel que tiene las riquezas celestiales se sujetó humildemente a la pobreza.

Pero que de aquel mismo que está sentado sobre el monte salen muchas centellas vivientes, que vuelan alrededor de aquellas mismas imágenes con gran suavidad: esto significa que del Dios omnipotente vienen diversas y fortísimas virtudes que fulgen en la divina claridad, las cuales, rodeando con su auxilio y custodia a aquellos que verdaderamente temen a Dios y que fielmente aman la pobreza de espíritu, los abrazan y acarician ardientemente. De donde también en el monte mismo se ven como muchísimas ventanillas, en las cuales aparecen como cabezas de hombres, unas pálidas y otras blancas; porque en la suma altitud, a la profundísima y perspicacísima cognición de Dios no pueden ocultarse ni esconderse los esfuerzos de los actos de los hombres, pues demuestran en sí mismos muy a menudo tanto tibieza como candor, porque a veces los hombres, fatigados en sus corazones y en sus hechos, dormitan en la contumelia: a veces despertados, vigilan en el honor, como Salomón testifica en mi voluntad, diciendo: Pobreza obró la mano remisa, pero la mano de los fuertes prepara las riquezas (Prov. X).

Quod dicitur, debilem et pauperem se homo ille fecit, qui noluit justitiam operari, nec iniquitatem delere, nec debitum remittere, ubi a mirabilibus operum beatitudinis otiosus permansit. Qui autem operatur fortissima opera salutis: viam veritatis currens, fontem salientis gloriae capit, in quo pretiosissimas divitias in terra et in coelo sibi parat. Unde quicunque scientiam in Spiritu sancto et pennas in fide habet, ille admonitionem meam non transgrediatur, sed eam in gustu animae suae amplectendo percipiat.

VISIO SECUNDA.

SUMMARIUM.---Quod beati angeli nullo impulsu injustitiae territi, ab amore et laude Dei abstrahuntur. Quod Lucifer decorem et vim fortitudinis suae considerans superbivit, et ideo cum sibi consentientibus a coelesti gloria ejectus est. Quod Deus injustus esset, si eum non dejecisset. Verba Job ad eamdem rem. De inferno qui in voracitate sua submersionem animarum tenet. Quod in dejectione diaboli, infernus factus est. Quod gehenna impoenitentibus obvia est; purgandis caetera tormenta posita sunt. Verba Ezechielis de eadem re. De diabolica fraude primum hominem per serpentem decipiente. Quod diabolus nescivit arborem illam interdictam esse, nisi ex Evae responsione. Quae tenenda vel quae vitanda sint in conjugio. Verba apostoli de eadem re. Cur ante incarnationem Domini, quidam plures uxores haberent. Cur nec homo nec angelus hominem liberare potuit, sed solus Dei Filius. Verba Sapientiae de eadem re. Quod consanguinei conjugio non copulentur. Exemplum de lacte. Cur in Veteri Testamento, conjugium inter consanguineos concessum sit: in Novo prohibitum. Quod vir non nisi in forti aetate, non nisi nubilem uxorem ducat. De vitanda illicita et libidinosa pollutione. Quare mulier post partum, vel a viro corrupta, in oculto maneat, et ab ingressu templi abstineat. Qui in commistione praegnantis se polluunt, homicidae sunt. Oseae de eadem re. De commendatione castitatis. Joannes de eadem re. Quod expulso Adam, Deus paradisum munivit. Quod quia homo Deo rebellis exstitit, creatura ei prius subjecta, se illi opposuit. De amoenitate paradisi, quae succum et vim terrae tribuit ut anima corpori. Cur Deus hominem talem fecit ut peccare posset. Quod homo non debet summa perscrutari; cum nec infima valeat examinare. Quod homo nunc clarior fulget quam prius in coelo. Similitudo horti, ovis et margaritae ad hominem. De commendatione humilitatis et charitatis quae clariores caeteris virtutibus existunt.

Lo cual quiere decir que aquel hombre se hizo débil y pobre que no quiso obrar la justicia, ni destruir la iniquidad, ni remitir la deuda, donde permaneció ocioso de las maravillosas obras de la bienaventuranza. Pero el que obra las fortísimas obras de la salvación: corriendo el camino de la verdad, alcanza la fuente de la gloria que brota, en la cual se prepara las preciosísimas riquezas en la tierra y en el cielo. De donde quienquiera que tenga ciencia en el Espíritu Santo y alas en la fe, no transgreda mi amonestación, sino que la perciba abrazándola en el gusto de su alma.

VISIÓN SEGUNDA.

SUMARIO.---Que los bienaventurados ángeles, sin ser aterrados por ningún impulso de injusticia, no son apartados del amor y la alabanza de Dios. Que Lucifer, considerando la hermosura y la fuerza de su fortaleza, se ensoberbeció, y por ello con los que le consintieron fue expulsado de la gloria celestial. Que Dios sería injusto si no lo hubiese derribado. Palabras de Job sobre la misma materia. Del infierno que en su voracidad retiene la sumersión de las almas. Que en la derrota del diablo, fue hecho el infierno. Que la gehenna sale al encuentro de los impenitentes; para los que han de ser purgados, otros tormentos están dispuestos. Palabras de Ezequiel sobre la misma materia. Del fraude diabólico que engañó al primer hombre a través de la serpiente. Que el diablo no supo que aquel árbol estaba prohibido sino por la respuesta de Eva. Qué cosas se han de mantener y qué cosas se han de evitar en el matrimonio. Palabras del apóstol sobre la misma materia. Por qué antes de la encarnación del Señor, algunos tuvieron múltiples esposas. Por qué ni el hombre ni el ángel pudieron liberar al hombre, sino solo el Hijo de Dios. Palabras de la Sabiduría sobre la misma materia. Que los consanguíneos no se unan en matrimonio. Ejemplo sobre la leche. Por qué en el Antiguo Testamento se concedió el matrimonio entre consanguíneos: en el Nuevo está prohibido. Que el varón no tome esposa sino en edad fuerte, y solo una en edad núbil. Sobre evitar la polución ilícita y libidinosa. Por qué la mujer después del parto, o corrompida por un varón, debe permanecer oculta y abstenerse de entrar al templo. Los que se contaminan en la unión con una embarazada son homicidas. Oseas sobre la misma materia. Sobre la recomendación de la castidad. Juan sobre la misma materia. Que, expulsado Adán, Dios fortificó el paraíso. Que porque el hombre se mostró rebelde a Dios, la criatura antes sometida a él se le opuso. Sobre la amenidad del paraíso, que otorga jugo y fuerza a la tierra como el alma al cuerpo. Por qué Dios hizo al hombre tal que pudiera pecar. Que el hombre no debe escrutar las cosas más altas, pues ni siquiera puede examinar las más bajas. Que el hombre ahora brilla con más claridad que antes en el cielo. Semejanza del huerto, la oveja y la perla aplicada al hombre. Sobre la recomendación de la humildad y la caridad, que brillan más que las demás virtudes.

Deinde vidi velut maximam multitudinem viventium lampadarum, multam claritatem habentium; quae igneum fulgorem accipientes, serenissimum splendorem adeptae sunt. Et ecce lacus multae latitudinis et profunditatis apparuit, os velut os putei habens et igneum fumum cum multo fetore evomens de quo etiam teterrima nebula exhalans ad finem usque quasi visu imperceptibilem attigit, et in quadam clara regione candidam nubem quae de pulchra hominis forma plurimas stellas in se continens exierat, afflavit, et illam ac eamdem hominis formam ex illa regione ejecit. Quo facto, lucidissimus splendor regionem illam circumdedit, et ita omnia elementa mundi, quae prius in magna quiete constiterant, in maximam inquietudinem versa horribiles terrores ostenderunt.

Et iterum audivi illum qui mihi prius locutus fuerat, dicente: Deum fideli devotione subsequentes, et in dilectione ejus digno amore ardentes, a gloria supernae beatitudinis nullo impulsu injustitiae territi abstrahuntur, cum illi qui Deum ficte attendunt: non solum ad majora non promoveantur, sed etiam ab iis quae se habere fallaciter putant, justa examinatione dejiciantur. Quod et haec maxima multitudo viventium lampadarum, multam claritatem habentium ostendit: quae est plurimus exercitus supernorum spirituum in beata vita fulgentium, ac in multo decore et ornatu existentium, quoniam cum a Deo creati sunt: non superbam elationem arripuerunt, sed in divino amore fortiter perstiterunt. Nam ipsi igneum fulgorem accipientes, ita serenissimum splendorem adepti sunt, quia cum Lucifer cum suis superno Creatori rebellari conaretur, isti zelum Dei in casu illius et illi consentientium habentes, vigilantiam divinae dilectionis induerunt, cum illi caecitatem ignorantiae qua Deum scire noluerunt, incurrerunt. Quomodo? In casu diaboli in illis angelicis spiritibus qui cum Deo in rectitudine perseveraverunt, maxima laus exorta est, quoniam illuminati visu perspicaciter agnoverunt quod Deus immobilis, sine ulla mutatione ullius mutabilitatis in potentia sua perseverat, ita quod a nullo bellatore superari poterit. Et ita in amore ejus exardescentes, et in rectitudine perseverantes, omne domicilium injustitiae contempserunt.

Sed Lucifer qui ob superbiam suam de coelesti gloria ejectus est, in initio creationis suae talis ac tantus exstitit, quod nullum defectum nec in decore nec in fortitudine sua sensit. Unde cum decorem suum inspiceret, et cum vim fortitudinis suae in semetipso consideraret, superbiam invenit, quae ipsi promisit ut inciperet quod vellet, quia perficere posset quod incepisset. Et videns locum ubi se collocare posse putavit, ibi decorem et fortitudinem suam ostendere volens, in semetipso sic dicebat: Volo fulgere illic, quemadmodum et iste hic.

Entonces vi como una grandísima multitud de lámparas vivientes, que tenían mucha claridad; las cuales, recibiendo un resplandor ígneo, alcanzaron un esplendor serenísimo. Y he aquí que apareció un lago de gran latitud y profundidad, que tenía una boca como la boca de un pozo y vomitaba un humo ígneo con mucho hedor, del cual exhalaba también una niebla muy tétrica que llegaba hasta un fin casi imperceptible a la vista, y en una cierta región clara sopló sobre una nube blanca que había salido de una hermosa forma humana que contenía en sí muchísimas estrellas, y expulsó a aquella nube y a esa misma forma humana de aquella región. Hecho esto, un esplendor lucidísimo rodeó aquella región, y así todos los elementos del mundo, que antes habían permanecido en gran quietud, convertidos en una inquietud máxima, mostraron horribles terrores.

Y de nuevo oí a aquel que antes me había hablado, diciendo: Los que siguen a Dios con fiel devoción, y arden con digno amor en su dilección, no son apartados de la gloria de la bienaventuranza suprema por ningún impulso de injusticia aterrorizados, mientras que aquellos que atienden a Dios fingidamente: no solo no son promovidos a cosas mayores, sino que incluso son arrojados, por un justo examen, de aquellas cosas que falazmente piensan poseer. Lo cual también muestra esta grandísima multitud de lámparas vivientes, que tienen mucha claridad: la cual es el numerosísimo ejército de los espíritus celestiales que brillan en la vida bienaventurada, y que existen en mucho decoro y ornato, puesto que cuando fueron creados por Dios: no se entregaron a la soberbia elación, sino que persistieron fuertemente en el amor divino. Pues ellos mismos, recibiendo un resplandor ígneo, alcanzaron así un esplendor serenísimo, porque cuando Lucifer con los suyos intentó rebelarse contra el Creador supremo, estos, teniendo el celo de Dios en la caída de aquel y de los que le consentían, se vistieron con la vigilancia de la dilección divina, mientras que aquellos incurrieron en la ceguera de la ignorancia por la cual no quisieron conocer a Dios. ¿Cómo? En la caída del diablo, en aquellos espíritus angélicos que perseveraron con Dios en la rectitud, surgió la máxima alabanza, porque, iluminados en su visión, reconocieron perspicazmente que Dios permanece inamovible en su poder, sin mudanza alguna de ninguna mutabilidad, de modo que por ningún guerrero podrá ser vencido. Y así, enfervorizados en su amor y perseverando en la rectitud, despreciaron toda morada de injusticia.

Pero Lucifer, que por su soberbia fue arrojado de la gloria celestial, en el inicio de su creación fue tal y tan grande que no sintió defecto alguno ni en su decoro ni en su fortaleza. Por lo cual, al inspeccionar su decoro y al considerar en sí mismo la fuerza de su fortaleza, encontró la soberbia, la cual le prometió que podría comenzar lo que quisiera, porque podría perfeccionar lo que hubiera comenzado. Y viendo el lugar donde pensó que podría colocarse, queriendo mostrar allí su decoro y fortaleza, decía así en sí mismo: Quiero brillar allí, tal como este aquí.

Cui omnis acies ejus assensum dedit, dicens: Quod tu vis, hoc et nos volumus. Et cum in superbiam elatus illud perficere vellet quod cogitaverat, zelus Domini se extendens in ignea nigredine illum cum omni comitatu suo dejecit, ita quod ipsi opaci contra serenitatem quam habuerant, effecti sunt.

Quid est hoc? Quia si Deus praesumptionem illorum non dejecisset, injustus esset, quoniam illos foveret qui integritatem divinitatis dividere volebant; sed eos dejecit et impietatem eorum ad nihilum redegit, sicut etiam et omnes a conspectu claritatis suae aufert qui se ipsi opponere conantur, ut servus meus Job ostendit, dicens: Lucerna impiorum exstinguetur, et superveniet eis inundatio, et dolores dividet furoris sui. Erunt sicut paleae ante faciem venti, et sicut favilla quam turbo dispergit (Job XXI). Quod dicitur, gloria superbientis nequitiae ex falsa prosperitate, quasi lumen honoris in voluntate carnis illorum procedens qui Deum non timent (sed qui illum in perversa impietate spernunt, contemnentes scire quod nullus eum valeat expugnare, in igne ferocitatis suae volentes exurere quaecunque adversantur): haec in hora ultionis Dei velut terra conculcatur, et de superno judicio super eosdem impios cadet abjectio indignationis omnium quae sub coelo sunt, ita quod et Deo et hominibus molesti erunt. Unde quia Deus non sinit eos habere quod volunt, ideo undique dolore macerati in hominibus bacchantur per rabiem insaniae suae, cum ardent hoc possidere quod Deus non permittit eos deglutire. Et cum hoc modo a Deo recedunt, solis inutilibus rebus comparantur, ita quod nec in Deo nec in hominibus quidquam boni facere vellent, de grano vitae in praevidente oculo inspectionis Dei abscisi. Quapropter et hujusmodi contritioni traduntur, qui in tepido sapore iniqui rumoris dissipantur, cum supervenientem imbrem Spiritus sancti non suscipiunt.

Sed lacus ille multae latitudinis et profunditatis qui tibi apparet, est infernus, latitudinem vitiorum et profunditatem perditionum, ut vides, in se continens; os etiam velut os putei habens, et igneum fumum cum multo fetore emittens; quia in voracitate sua submersionem animarum tenens, cum eis suavitatem et dulcedinem ostendit, eas ad perversionem tormentorum perversa deceptione perducit, ubi ardet ignis cum suffusione teterrima fumi et cum ebulliente mortifero fetore emanat; quoniam haec dira tormenta diabolo et eum subsequentibus (qui se a summo bono avertunt, nec illud scire aut intelligere curaverunt) praeparata sunt; unde et ab omni bono dejecti sunt, non quia illud nescierunt, sed quoniam illud in magna superbia contempserunt.

A lo cual todo su ejército dio su asentimiento, diciendo: Lo que tú quieres, eso también lo queremos nosotros. Y cuando, elevado en soberbia, quiso perfeccionar aquello que había pensado, el celo del Señor, extendiéndose en una negregura ígnea, lo arrojó con todo su séquito, de modo que ellos se volvieron opacos frente a la serenidad que habían tenido.

¿Qué es esto? Porque si Dios no hubiera abatido la presunción de ellos, sería injusto, pues fomentaría a aquellos que querían dividir la integridad de la divinidad; pero los arrojó y redujo su impiedad a la nada, como también aparta de la vista de su claridad a todos los que intentan oponérsele, como muestra mi siervo Job, diciendo: La lámpara de los impíos se apagará, y les sobrevendrá una inundación, y repartirá los dolores de su furor. Serán como paja ante la faz del viento, y como ceniza que el torbellino dispersa (Job 21). Lo cual se dice, la gloria de la maldad soberbia por la falsa prosperidad, como si fuera una luz de honor que procede en la voluntad de la carne de aquellos que no temen a Dios (sino que lo desprecian en su perversa impiedad, despreciando saber que nadie puede impugnarlo, queriendo abrasar en el fuego de su ferocidad todo lo que se les oponga): esta, en la hora de la venganza de Dios, es conculcada como tierra, y por el juicio supremo caerá sobre esos mismos impíos el rechazo de la indignación de todas las cosas que están bajo el cielo, de modo que serán molestos tanto para Dios como para los hombres. Por lo cual, como Dios no les permite tener lo que quieren, por eso, macerados por el dolor en todas partes, se enfurecen entre los hombres por la rabia de su locura, pues arden por poseer esto que Dios no les permite tragar. Y cuando de este modo se alejan de Dios, son comparados solo con cosas inútiles, de modo que no querrían hacer nada bueno ni en Dios ni en los hombres, desgajados del grano de la vida en el ojo previsor de la inspección de Dios. Por lo cual también son entregados a tal contrición los que se disipan en el tibio sabor del inicuo rumor, ya que no reciben la lluvia sobreviniente del Espíritu Santo.

Pero aquel lago de gran latitud y profundidad que se te aparece, es el infierno, que contiene en sí, como ves, la latitud de los vicios y la profundidad de las perdiciones; que tiene también una boca como la boca de un pozo, y emite un humo ígneo con mucho hedor. Porque, conteniendo en su voracidad la sumersión de las almas, mientras les muestra suavidad y dulzura, las conduce por un engaño perverso a la perversión de los tormentos, donde arde el fuego con una tétrica sufusión de humo y emana con un hirviente hedor mortífero. Pues estos atroces tormentos fueron preparados para el diablo y para los que le siguen (que se apartan del sumo bien, ni se cuidaron de conocerlo o entenderlo); por lo cual también fueron arrojados de todo bien, no porque no lo conocieran, sino porque lo despreciaron con gran soberbia.

Quid est hoc? In dejectione diaboli hae exteriores tenebrae, omne genus poenarum in se habentes positae sunt; quia hi maligni spiritus, contra gloriam quae ipsis praeparata fuit, miseriam diversarum poenarum susceperunt, et contra claritatem quam habuerunt densissimas tenebras induerunt.

Quomodo? Cum superbus angelus ut coluber se sursum erexit, carcerem inferni accepit, quia esse non potuit ut ullus Deo praevaleret. Et quomodo conveniens esset, ut in uno pectore duo corda essent: sic nec in coelo duo dii esse debuerunt. Sed quoniam idem diabolus cum suis superbam praesumptionem arripuit, ideo lacum perditionis sibi paratum invenit. Sic et homines illi qui eos in actibus suis imitantur, participes poenarum eorum secundum merita sua efficiuntur.

Sed quaedam animae sunt quae cumulum damnationis habentes, a scientia Dei projectae sunt: et ideo infernales poenas sine consolatione ereptionis habebunt; quaedam autem in oblivione Dei non existentes, sed in superioribus examinationibus purgationem peccatorum suorum in quibus prolapsae sunt recipientes; tandem absolutionem vinculorum suorum sentiunt, ad requiem ereptae pervenientes.

Quid est hoc? Gehenna iis obvia est qui Deum in oblivione cordis sui sine poenitentia habent: caetera vero tormenta iis qui quamvis mala opera faciant, tamen in eis usque ad finem non perseverant, sed tandem ad Deum in gemitibus suis respiciunt. Quapropter fideles diabolum fugiant et Deum diligant, mala opera abjicientes et bona cum decore poenitentiae complentes, ut servus meus Ezechiel per me inspiratus hortatur, dicens: Convertimini et agite poenitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, et non erit vobis in ruinam iniquitas (Ezech. XVIII).

Quod dicitur: O vos homines qui hactenus in peccatis jacuistis: recordamini Christiani nominis vestri, convertentes vos ad viam salutis, et facite alia opera in fonte poenitentiae: qui prius fecistis multa scelera in multis vitiis, et ita a mala consuetudine vestra surgentes: non deprimet vos in ruinam mortis iniquitas illa in qua sorduistis, quia illam in die salvationis vestrae abjecistis. Unde etiam hoc modo gaudium angelorum super vos erit, quoniam a diabolo recessistis et ad Deum cucurristis, eum sic melius in bonis actibus cognoscentes, quam prius eum sciretis cum in irrisione antiqui seductoris fuistis.

Quod vero de eodem lacu teterrima nebula exhalans ad finem usque quasi visu imperceptibilem attigit: hoc est quod de profundissima perditione diabolica fraus emanans serpentem virulentum, nefas fraudulentae intentionis in se continentem ad decipiendum, hominem latenter invasit.

¿Qué es esto? En el abatimiento del diablo, fueron puestas estas tinieblas exteriores, que tienen en sí todo género de penas; porque estos espíritus malignos, contra la gloria que les fue preparada, recibieron la miseria de diversas penas, y contra la claridad que tuvieron se vistieron de densísimas tinieblas.

¿Cómo? Cuando el ángel soberbio se elevó como una serpiente, recibió la cárcel del infierno, porque no pudo ser que nadie prevaleciera contra Dios. Y así como no sería conveniente que en un solo pecho hubiera dos corazones, así tampoco en el cielo debieron ser dos dioses. Pero como el mismo diablo con los suyos arrebató una soberbia presunción, por eso encontró el lago de la perdición preparado para él. Así también aquellos hombres que los imitan en sus actos, se hacen partícipes de sus penas según sus méritos.

Pero hay algunas almas que, teniendo un cúmulo de condenación, son proyectadas fuera del conocimiento de Dios; y por eso tendrán penas infernales sin el consuelo de la liberación. Otras, en cambio, no existiendo en el olvido de Dios, sino recibiendo en los exámenes superiores la purga de sus pecados en los que cayeron, finalmente sienten la absolución de sus vínculos, llegando rescatadas al descanso.

¿Qué es esto? La Gehena está al encuentro de aquellos que tienen a Dios en el olvido de su corazón sin penitencia; pero los demás tormentos son para aquellos que, aunque hagan malas obras, sin embargo no perseveran en ellas hasta el fin, sino que finalmente vuelven la mirada a Dios en sus gemidos. Por lo cual los fieles huyan del diablo y amen a Dios, rechazando las malas obras y cumpliendo las buenas con el decoro de la penitencia, como exhorta mi siervo Ezequiel inspirado por mí, diciendo: Convertíos y haced penitencia por todas vuestras iniquidades, y la iniquidad no será vuestra ruina (Ezeq. 18).

Lo cual se dice: Oh vosotros, hombres que hasta ahora habéis yacido en pecados: recordad vuestro nombre cristiano, convirtiéndoos al camino de la salvación, y haced otras obras en la fuente de la penitencia, vosotros que antes hicisteis muchos crímenes en muchos vicios, y así, surgiendo de vuestra mala costumbre: no os deprimirá hacia la ruina de la muerte aquella iniquidad en la que os manchasteis, porque la rechazasteis en el día de vuestra salvación. Por lo cual también de este modo el gozo de los ángeles será sobre vosotros, porque os apartasteis del diablo y corristeis hacia Dios, conociéndolo así mejor en las buenas acciones de lo que antes lo conocíais cuando estabais en la burla del antiguo seductor.

Pero en cuanto a esa niebla tétrica que exhala del mismo lago y que llega hasta un fin casi imperceptible a la vista: esto es que de la profundísima perdición, el fraude diabólico, emanando como una serpiente virulenta que contiene en sí la maldad de la intención fraudulenta para engañar, invadió latente al hombre.

Quomodo? Quia cum diabolus hominem in paradiso vidit, cum magna indignatione exclamavit, dicens: O quis assequetur me in mansione verae beatitudinis? Et ita in semetipso sciebat quod malitiam suam quam in se habuit nondum in alia creatura compleverat, sed Adam et Evam puerili innocentia in horto deliciarum degere videns, cum magno astu extulit se ad eos decipiendum per serpentem.

Quare? Quoniam serpentem magis assimilari sibi quam aliud animal intellexit; studuit ut in dolositate illius hoc occulte perficeret quod in forma sua aperte complere non posset. Unde cum Adam et Evam a vetita sibi arbore se avertere et anima et corpore conspexit, in semetipso intellexit eos ibi divinum praeceptum habere, et quod in primo opere quod inciperent, ipsos facillime dejiceret. Nesciebat enim arborem illam vetitam esse nisi quod hoc secundum probationem dolosae interrogationis suae, et secundum responsa eorum agnovit.

Quapropter in ipsa clara regione candidam nubem (quae de pulchra forma hominis plurimas stellas in se continens exierat) per nebulam teterrimam afflavit, quoniam in eodem amoenitatis loco Evam innocentem animum habentem (quae de innocente Adam omnem multitudinem humani generis in praeordinatione Dei lucentem in suo corpore gestans sumpta fuerat) per seductionem serpentis ad dejectionem ejus diabolus invasit.

Cur hoc? Quia sciebat mulieris mollitiem facilius vincendam quam viri fortitudinem; videns etiam quod Adam in charitate Evae tam vehementer ardebat, ut si ipse Evam vicisset, quidquid illa Adae diceret, Adam illud perficeret. Unde et diabolus illam et formam hominis ex illa regione ejecit, quin idem antiquus seductor Evam atque Adam de sede beatitudinis sua deceptione expellens in tenebras subversionis detrusit.

Quomodo? videlicet Evam primum seduxit, ut ipsa Adae blandiretur quo ei assensum praeberet, quia ipsa citius Adam quam alia creatura ad inobedientiam perducere potuit; quoniam de costa illius facta fuerat. Quapropter mulier virum citius dejicit, cum ille eam non abhorrens, verba ejus facile assumit.

Verum et non puero sed perfecto viro scilicet Adae perfecta mulier data est, ita etiam modo, cum vir in aetate perfecta fertilis est, perfecta ei mulier conjungenda est, velut cum arbor flores incipit emittere, debita cultura ei adhibenda est.

¿Cómo? Porque cuando el diablo vio al hombre en el paraíso, exclamó con gran indignación, diciendo: Oh, ¿quién me seguirá en la mansión de la verdadera bienaventuranza? Y así sabía en sí mismo que aún no había completado en otra criatura la malicia que tenía en sí, pero viendo a Adán y a Eva viviendo con inocencia infantil en el huerto de las delicias, con gran astucia se elevó para engañarlos por medio de la serpiente.

¿Por qué? Porque comprendió que la serpiente se le asemejaba más que cualquier otro animal; se esforzó para que en la dolo de ella pudiera perfeccionar ocultamente lo que en su propia forma no podía completar abiertamente. Por lo cual, cuando vio a Adán y a Eva apartarse del árbol que les estaba prohibido en alma y cuerpo, comprendió en sí mismo que tenían allí un precepto divino, y que en la primera obra que comenzaran, los derribaría muy fácilmente. Pues no sabía que aquel árbol estaba prohibido, sino que reconoció esto según la prueba de su interrogación dolosa y según las respuestas de ellos.

Pero, como ves, expulsados Adán y Eva (Eva) del paraíso, un resplandor lucidísimo rodeó la misma región; puesto que, al salir ellos del lugar de la amenidad por su transgresión, la potencia de la divina majestad, secuestrando toda mancha de todo contagio de ese mismo lugar, lo protegió así con su claridad, para que en adelante no fuera tocado por ninguna contrariedad, mostrando también que aquella transgresión que se había hecho en él algún día sería absuelta clemente y misericordiosamente. Y así todos los elementos del mundo que antes habían permanecido en gran quietud, vueltos en la máxima inquietud, mostraron horribles terrores; porque aquella criatura que había sido creada para el servicio del hombre, y que no había sentido ninguna adversidad en sí (al tomar el hombre la desobediencia y hacerse desobediente a su Creador), dejó su tranquilidad y recibió la inquietud, infiriendo máximas y muchísimas contrariedades a los hombres para que fuera coercido por ella según el hombre se había inclinado a lo peor.

¿Qué es esto? Porque el hombre en el lugar de las delicias resultó rebelde a Dios, por eso también aquella criatura que estuvo sujeta al hombre en servicio, se opuso al hombre. Y el paraíso es un lugar de amenidad, que florece en el verdor de las flores y de las hierbas, y repleto de las delicias de todos los aromas, y dotado en el gozo de las almas bienaventuradas, dando una fertilísima fecundidad a la tierra árida, porque atribuye una fortísima fuerza a la tierra, tal como el alma proporciona fuerzas al cuerpo, puesto que el paraíso no se oscurece en la sombra y en la perdición de los pecados.

Por lo cual oigan y entiéndanme ustedes que dicen en sus corazones: "¿Qué son estas cosas? ¿Y por qué son estas cosas?". Oh, ¿por qué son tan necios en sus corazones, ustedes que fueron hechos a imagen y semejanza de Dios? ¿Cómo podría ser tan gran gloria y tanto honor que les fue dado sin prueba, cuando sin embargo el oro, que es casi nada y algo vano, debe ser probado en el fuego, y las piedras preciosas pulidas en la purificación, y todas estas cosas buscadas en todas las cosas? Por tanto, oh hombres necios, aquello que fue hecho a imagen y semejanza de Dios, ¿cómo podría subsistir sin prueba?

Nam homo super omnem creaturam examinandus est, et ideo per omnem creaturam probandus est. Quomodo? Spiritus per spiritum probandus est, caro per carnem, terra per aerem, ignis per aquam, pugna per pacem, bonum per malum, pulchritudo per deformitatem, paupertas per divitias, dulcedo per amaritudinem, sanitas per infirmitatem, longum per brevem, durum per molle, altitudo per profunditatem, lux per tenebras, vita per mortem, paradisus per poenas, coeleste regnum per gehennam, et terrena cum terrenis, coelestia cum coelestibus. Sic homo in omni creatura probatus est, videlicet in paradiso, in terra et in inferno: postea collocatus est in coelo. Aperte enim videtis pauca de multis, quae ante oculos vestros abscondita sunt. Et cur deridetis ea quae recta, plana, et justa, ac bona in omnibus bonis coram Deo sunt? Quare his indignamini? Deus justus est; sed genus hominum in praevaricatione praeceptorum Dei injustum est, cum sapientius Deo esse contendit. Nunc dic mihi, o homo, quid putas te fuisse cum nondum eras in anima et corpore? Tu vero nescis quomodo creatus sis. Sed nunc, o homo, coelum et terram vis perscrutari, et justitiam eorum in constitutionem Dei dijudicare, et summa dignoscere; cum nec infima valeas examinare, quia nescis quomodo vivas in corpore, vel quomodo exuaris a corpore. Qui te in primo homine creavit, ille haec omnia praevidit. Sed item mitissimus Pater misit Unigenitum suum mori pro populo, ut hominem a diabolica potestate liberaret. Et sic homo liberatus fulget in Deo, et Deus in homine; consortium homo cum Deo habens, fulgentiorem claritatem quam prius haberet, possidet in coelo. Quod non fuisset, si Filius Dei carnem non induisset, quoniam, si homo in paradiso permansisset, Filius in cruce passus non fuisset. Sed cum homo per callidum serpentem deceptus est, Deus in vera misericordia tactus, Unigenitum suum in purissima virgine incarnari voluit, atque ita post ruinam hominis elevatae sunt plurimae virtutes in coelo fulgentes, veluti est humilitas regina virtutum, quae in virgineo partu floruit, ut etiam caeterae virtutes quae electos Dei ad coelestia perducunt. Nam cum ager multo labore colitur, multum fructum profert, ut in humano genere ostensum est; quia post ruinam hominis, plurimae virtutes ad sublevationem ejus surrexerunt. Sed, o homines, vos gravati corporali pondere, non videtis illam magnam gloriam quae vobis sine macula et sine ulla dedignatione in plena justitia Dei praeparata est, quam nullus auferre potest; prius enim quam fabrica mundi constituta fuisset, haec omnia Deus in vera justitia praeviderat. Unde, o homo, similitudinem hanc considera.

Pues el hombre ha de ser examinado sobre toda criatura, y por eso ha de ser probado por toda criatura. ¿Cómo? El espíritu ha de ser probado por el espíritu, la carne por la carne, la tierra por el aire, el fuego por el agua, la lucha por la paz, el bien por el mal, la belleza por la deformidad, la pobreza por las riquezas, la dulzura por la amargura, la salud por la enfermedad, lo largo por lo corto, lo duro por lo blando, la altura por la profundidad, la luz por las tinieblas, la vida por la muerte, el paraíso por las penas, el reino celestial por la gehenna, y lo terreno con lo terreno, lo celestial con lo celestial. Así el hombre fue probado en toda criatura, a saber, en el paraíso, en la tierra y en el infierno: después fue colocado en el cielo. Pues abiertamente ven pocas de las muchas cosas que están escondidas ante sus ojos. ¿Y por qué se burlan de aquellas cosas que son rectas, llanas y justas, y buenas en todos los bienes ante Dios? ¿Por qué se indignan de estas? Dios es justo; pero el género de los hombres en la prevaricación de los preceptos de Dios es injusto, cuando contiende por ser más sabio que Dios. Ahora dime, oh hombre, ¿qué piensas que eras cuando aún no eras en alma y cuerpo? Tú verdaderamente no sabes cómo fuiste creado. Pero ahora, oh hombre, quieres escudriñar el cielo y la tierra, y juzgar la justicia de ellos en la constitución de Dios, y distinguir las sumas; cuando ni siquiera eres capaz de examinar las ínfimas, porque no sabes cómo vives en el cuerpo, o cómo eres despojado del cuerpo. Aquel que te creó en el primer hombre, Aquel previó todas estas cosas. Pero asimismo el mitísimo Padre envió a su Unigénito a morir por el pueblo, para que librara al hombre del poder diabólico. Y así el hombre librado brilla en Dios, y Dios en el hombre; teniendo el hombre consorcio con Dios, posee en el cielo una claridad más fulgurante de la que tenía antes. Lo cual no habría sido si el Hijo de Dios no hubiera vestido la carne, puesto que, si el hombre hubiera permanecido en el paraíso, el Hijo no habría padecido en la cruz. Pero cuando el hombre fue engañado por la astuta serpiente, Dios, tocado en la verdadera misericordia, quiso que su Unigénito se encarnara en una purísima virgen, y así después de la ruina del hombre se elevaron muchísimas virtudes que brillan en el cielo, como es la humildad reina de las virtudes, que floreció en el parto virginal, como también las demás virtudes que conducen a los elegidos de Dios a las cosas celestiales. Pues cuando un campo se cultiva con mucho trabajo, produce mucho fruto, como se ha mostrado en el género humano; porque después de la ruina del hombre, surgieron muchísimas virtudes para su elevación. Pero, oh hombres, ustedes, gravados por el peso corporal, no ven aquella gran gloria que les fue preparada sin mancha y sin ningún desdén en la plena justicia de Dios, la cual nadie puede quitar; pues antes de que la fábrica del mundo hubiera sido constituida, Dios había previsto todas estas cosas en la verdadera justicia. Por lo cual, oh hombre, considera esta semejanza.

Dominus qui in multo studio hortum facere vult, primitus aptum locum horti ponit, ac deinde locum cujusque plantationis disponens, fructum bonarum arborum utilitatem, saporem, odorem habentium et diversorum generum aromata considerat. Et sic Dominus magnus et profundus artifex quamque plantationem suam in eo disponit, ut bene discerni in utilitate sua possit, ac deinde cogitat quanta munitione eum circumdet, ut nullus inimicorum plantationem ejus dissipare valeat. Tunc etiam pigmentarios suos constituit, qui eumdem hortum rigare sciant et qui fructum ejus colligant, et exinde diversa pigmenta conficiant.

Quapropter, o homo, diligenter considera, quia, si Dominus ille praevidet quod hortus suus nullum fructum nec ullam utilitatem proferens destruendus est, quare tunc tantus et tam profundus artifex hortum illum tam magno studio et tam magnis laboribus exstruit, plantat, rigat et munit?

Audi igitur et intellige. Deus qui sol justitiae est, splendorem suum super lutum quod praevaricatio hominis est misit; et splendor ille in multa claritate resplenduit, quoniam lutum illud valde foedum et opacum fuit. Sol enim in sua claritate effulsit, et lutum in sua foeditate putruit; unde sol majori delectatione a videntibus amplectebatur, quam si lutum ei appositum non esset. Sed sicut lutum ad similitudinem solis foedum est, sic etiam transgressio hominis ad justitiam Dei iniqua est. Unde justitia, quia pulchra est, diligenda est; et iniquitas, quoniam foeda est, odienda. In hanc foeditatem cecidit ovis Domini qui hortum plantaverat. Et hujusmodi ovis per consensum suum, non per Domini ignaviam a Domino sublata est; quam postea Dominus multo studio et justitia requisivit. Quapropter tunc chorus angelorum in maximo gaudio illuminatus est, cum hominem angeli in coelo viderunt. Quid hoc? Cum innocens agnus in crucem suspensus est, elementa tremuerunt, quia nobilissimus virginis filius de manibus homicidarum corporaliter occisus est. In cujus morte perdita ovis ad pascua vitae reportata est. Nam antiquus persecutor, postquam vidit quod ovem illam propter sanguinem innocentis agni quem agnus in remissionem peccatorum hominum effuderat perdere debuit, tunc primum cognovit quis agnus ille esset, quoniam prius scire non potuit, quomodo coelestis agnus sine virili semine et sine ulla concupiscentia peccati de virgine in obumbratione Spiritus sancti incarnatus est; idem enim persecutor in initio creationis suae in flatu superbiae erexit se, in mortem seipsum praecipitans, et hominem de gloria paradisi dejiciens, cui Deus in potestate sua resistere noluit, sed eum in humilitate per filium suum superavit. Et quia Lucifer justitiam Dei contempsit justo judicio Dei, incarnationem unigeniti Filii Dei scire non potuit. Nam in hoc abscondito consilio perdita ovis ad vitam reportata est.

Un Señor que con mucho afán desea hacer un jardín, primero pone un lugar apto para el jardín, y luego disponiendo el lugar de cada plantación, considera el fruto de los buenos árboles que tienen utilidad, sabor y olor, y aromas de diversos géneros. Y así el Señor, un gran y profundo artífice, dispone cada una de sus plantaciones en él, para que pueda ser bien discernida en su utilidad, y luego piensa con qué protección rodearlo, para que ninguno de sus enemigos pueda disipar su plantación. Entonces también constituye a sus perfumistas, que sepan cómo regar el mismo jardín y que recojan su fruto, y de ahí confeccionen diversos pigmentos.

Por lo cual, oh hombre, considera diligentemente, porque si aquel Señor prevé que su jardín, al no producir ningún fruto ni utilidad alguna, ha de ser destruido, ¿por qué entonces un artífice tan grande y tan profundo construye, planta, riega y protege aquel jardín con tanto afán y con tan grandes trabajos?

Escucha, pues, y entiende. Dios, que es el Sol de Justicia, envió su esplendor sobre el lodo que es la prevaricación del hombre; y aquel esplendor resplandeció con mucha claridad, puesto que aquel lodo era muy feo y opaco. Pues el sol brilló en su claridad, y el lodo se pudrió en su fealdad; por lo cual el sol fue abrazado con mayor delectación por los que lo veían que si el lodo no le hubiera sido puesto cerca. Pero así como el lodo es feo en comparación con el sol, así también la transgresión del hombre es inicua ante la justicia de Dios. Por tanto la justicia, porque es hermosa, ha de ser amada; y la iniquidad, porque es fea, ha de ser odiada. En esta fealdad cayó la oveja del Señor que había plantado el jardín. Y tal oveja fue quitada al Señor por su propio consentimiento, no por ignorancia del Señor; a la cual después el Señor buscó con mucho afán y justicia. Por lo cual entonces el coro de los ángeles fue iluminado con máximo gozo, cuando los ángeles vieron al hombre en el cielo. ¿Qué es esto? Cuando el Cordero inocente fue suspendido en la cruz, los elementos temblaron, porque el nobilísimo hijo de la virgen fue muerto corporalmente por manos de homicidas. En cuya muerte la oveja perdida fue devuelta a los pastos de la vida. Pues el antiguo perseguidor, después de que vio que debía perder a aquella oveja a causa de la sangre del Cordero inocente que el Cordero había derramado para la remisión de los pecados de los hombres, entonces conoció por primera vez quién era aquel Cordero, puesto que antes no pudo saber cómo el Cordero celestial se encarnó de una virgen bajo la sombra del Espíritu Santo sin simiente varonil y sin ninguna concupiscencia de pecado. Pues el mismo perseguidor, en el inicio de su creación, se elevó en un soplo de soberbia, precipitándose a sí mismo a la muerte, y derribando al hombre de la gloria del paraíso, a quien Dios en su poder no quiso resistir, sino que lo venció en la humildad a través de su Hijo. Y porque Lucifer despreció la justicia de Dios, por el justo juicio de Dios no pudo conocer la encarnación del Hijo Unigénito de Dios. Pues en este consejo oculto la oveja perdida fue devuelta a la vida.

Unde, o rebelles homines, cur tantam duritiam assumitis? Deus hominem deserere noluit, sed Filium suum ad salvationem ejus misit; quoniam sic Deus caput superbiae in antiquo serpente contrivit. In ereptione enim hominis de morte infernus claustrum suum aperuit, Satana clamante: Vae, vae! quis me adjuvabit? Sed et omnis diabolica turba in fremitu magno seipsam decerpsit, admirans quae tanta potestas esset, cui ipsa cum principe malitiae resistere non posset, cum sibi fideles animas auferri videret. Sic homo super coelos elevatus est; quia Deus in homine, et homo in Deo per Filium Dei apparuit. Idem etiam Dominus qui ovem perdiderat, sed eam tam gloriose ad vitam reduxerat, pretiosam margaritam in eamdem similitudinem habuit, quae perdita in multas sordes incidit. Sed ipse eam ita in sorde jacere non permittens eam quaesivit, et inventam gaudenter extraxit, et de sorde in qua jacuerat, extractam ita expurgavit: ut aurum in fornace purgari solet et eam in pristinum honorem majori gloria reparavit. Nam Deus hominem creavit, sed ipse diabolica persuasione in mortem corruit; de qua eum Filius Dei per sanguinem suum eripuit, et eum ad coelestem honorem gloriose perduxit. Quomodo? In humilitate et charitate. Humilitas enim Flium Dei de virgine nasci fecit, ubi ipsa humilitas nec in maris amplexibus, nec in curiositate carnis, nec in divitiis terrenis, nec in aureis ornamentis, nec in saecularibus honoribus inventa est, sed Filius Dei in praesepio jacuit, quia mater ejus paupercula fuit. Et humilitas semper gemit, plorat et omnia crimina interimit: quod opus ipsius est. Unde quisquis diabolum vult expugnare, se muniat et armet humilitate, quoniam Lucifer tam valde fugit, et velut coluber se coram ea in cavernam abscondit, quia ubi ipse illum apprehenderit, eum quasi fragillimum filum citius frangit. Charitas quoque unigenitum Dei Filium in sinu Patris in coelo continet et eum in uterum matris in terram demisit, quoniam ipsa nec peccatores nec publicanos spernit, sed omnes salvare intendit. Quapropter et fontem lacrymarum ab oculis fidelium saepius educens duritiam cordis emollit. In hoc humilitas et charitas clariores caeteris virtutibus sunt; quoniam humilitas et charitas sunt velut anima et corpus, quae fortiores vires caeteris viribus animae et membris corporis habent. Quomodo? Humilitas est quasi corpus et charitas velut anima nec ab invicem separari possunt sed simul operantur, sicut nec anima nec corpus disjungi valent ed sibi cooperantur, quandiu homo in corpore vivit. Et sicut animae et corpori diversa membra corporis secundum vires suas subjecta sunt, ita etiam humilitati et charitati caeterae virtutes secundum justitiam suam cooperantur.

Por lo cual, oh hombres rebeldes, ¿por qué asumen tanta dureza? Dios no quiso abandonar al hombre, sino que envió a su Hijo para su salvación; puesto que así Dios aplastó la cabeza de la soberbia en la antigua serpiente. Pues en el rescate del hombre de la muerte, el infierno abrió su cerrojo, gritando Satanás: "¡Ay, ay! ¿quién me ayudará?". Pero también toda la turba diabólica en un gran rugido se despedazó a sí misma, admirándose de qué potencia tan grande era esa, a la cual ella con el príncipe de la malicia no podía resistir, cuando veía que se le arrebataban las almas fieles. Así el hombre fue elevado sobre los cielos; porque Dios en el hombre, y el hombre en Dios apareció a través del Hijo de Dios. El mismo Señor también que había perdido la oveja, pero que tan gloriosamente la había devuelto a la vida, tuvo una perla preciosa en esa misma semejanza, la cual perdida cayó en mucha suciedad. Pero Él, no permitiéndole yacer así en la suciedad, la buscó, y habiéndola hallado la extrajo gozosamente, y extraída de la suciedad en la que había yacido, la purgó así —como el oro suele purgarse en la fragua— y la reparó en su antiguo honor con mayor gloria. Pues Dios creó al hombre, pero él mismo cayó en la muerte por persuasión diabólica; de la cual el Hijo de Dios lo arrebató por su sangre, y lo condujo gloriosamente al honor celestial. ¿Cómo? En la humildad y la caridad. Pues la humildad hizo que el Hijo de Dios naciera de una virgen, donde la misma humildad no fue hallada ni en los abrazos de un varón, ni en la curiosidad de la carne, ni en las riquezas terrenas, ni en los ornamentos de oro, ni en los honores seculares, sino que el Hijo de Dios yació en un pesebre, porque su madre fue una pobrecilla. Y la humildad siempre gime, llora y destruye todos los crímenes: lo cual es su obra. Por tanto, quienquiera que quiera combatir al diablo, se proteja y se arme con la humildad, puesto que Lucifer huye tanto de ella, y como una culebra se esconde ante ella en una caverna, porque donde ella lo atrapa, lo rompe más rápido que un hilo fragilísimo. La caridad también contiene al Hijo Unigénito de Dios en el seno del Padre en el cielo y lo envió al útero de su madre en la tierra, puesto que ella misma no desprecia ni a los pecadores ni a los publicanos, sino que intenta salvar a todos. Por lo cual también ella, sacando más a menudo una fuente de lágrimas de los ojos de los fieles, ablanda la dureza del corazón. En esto, la humildad y la caridad son más claras que las demás virtudes; puesto que la humildad y la caridad son como el alma y el cuerpo, que tienen fuerzas más fuertes que las demás potencias del alma y miembros del cuerpo. ¿Cómo? La humildad es como el cuerpo y la caridad como el alma, ni pueden separarse la una de la otra sino que obran juntas, así como ni el alma ni el cuerpo pueden disociarse sino que cooperan entre sí, mientras el hombre vive en el cuerpo. Y así como al alma y al cuerpo les están sujetos diversos miembros del cuerpo según sus fuerzas, así también a la humildad y la caridad les cooperan las demás virtudes según su justicia.

Et ideo, o homines, ad gloriam Dei et pro salute vestra humilitatem et charitatem sectamini: cum quibus armati diabolicas insidias non timebitis, sed indeficientem vitam possidebitis. Unde quicunque scientiam in Spiritu sancto et pennas in fide habet, admonitionem meam non transgrediatur sed eam in gustu animae suae amplectendo percipiat.

VISIO TERTIA.

SUMMARIUM.---Quod per visibilia et temporalia ea quae invisibilia sunt et aeterna manifestantur. De firmamento ad similitudinem ovi facto. De lucido igne et umbrosa pelle. De positione solis et trium stellarum. De ascensu solis. De descensu ejusdem et quid significet. Verba actus apostolorum ad idem. De primo vento et turbinibus ejus. De secundo vento et turbinibus ejus. De tenebroso igne, et sonitu, et de acutis lapidibus. De purissimo aethere et positione lunae et duarum stellarum. De positione aliarum stellarum. De tertio vento et turbinibus ejus. De aquoso aere et alba pelle. De quarto vento et turbinibus ejus. De arenoso globo terrae. Verba David ad eamdem rem. De terraemotu et quid significet. De maximo monte inter aquilonem et orientem. De iis qui perversa arte in creaturis futura scrutantur. Verba Evangelii. Qualiter diabolus hominibus illudit per magicam artem. Parabola de eadem re. Cum salus hominis et utilitas completa fuerit, saeculum mutabitur. Verba Job ad eamdem rem. Verba Dei de eodem. Quod Deus auguria in stellis et in caeteris creaturis amplius tolerare non vult. De stultitia et contumacia hominis. Similitudo de hoedo, et cervo, et lupo. Comparatio de medico. Verba Joannis.

Post haec vidi maximum instrumentum, rotundum et umbrosum secundum similitudinem ovi superius arctum et in medio amplum, ac inferius constrictum; in cujus exteriori parte per circuitum lucidus ignis fuit quasi pellem umbrosam sub se habens. Et in igne illo erat globus rutilantis ignis tantae magnitudinis, ut instrumentum totum ab eo illustraretur, super se tres faculas sursum ordinate positas habens, quae suo igne eumdem globum ne laberetur continebant, et globus ille se aliquando sursum extulit et plurimus ignis ei occurrit, ita quod exinde flammas suas longius produxit, ac se aliquando deorsum inflexit, multumque frigus ei obviam venit: quapropter flammas suas citius subduxit. Sed et de igne illo qui instrumentum circumdederat flatus quidam cum suis turbinibus exiebat, et de pelle illa quae sub eo jacebat alius flatus cum turbinibus suis ebulliebat, qui se in ipso instrumento hac et illac diffundebat. In eadem quoque pelle quidam tenebrosus ignis tanti horroris erat quod eum intueri non valebam, qui totam pellem illam sua fortitudine concutiebant plenus sonituum, tempestatum et acutissimorum lapidum majorum et minorum.

Y por tanto, oh hombres, para la gloria de Dios y por su salvación sigan la humildad y la caridad: armados con las cuales no temerán las insidias diabólicas, sino que poseerán la vida que no desfallece. Por lo cual, quienquiera que tenga conocimiento en el Espíritu Santo y alas en la fe, no traspase mi amonestación, sino que la perciba abrazándola en el gusto de su alma.

VISIÓN TERCERA.

SUMARIO.---Que a través de las cosas visibles y temporales se manifiestan aquellas que son invisibles y eternas. Del firmamento hecho a semejanza de un huevo. Del fuego lúcido y la piel sombría. De la posición del sol y de tres estrellas. Del ascenso del sol. De su descenso y qué significa. Palabras de los Hechos de los Apóstoles sobre lo mismo. Del primer viento y sus torbellinos. Del segundo viento y sus torbellinos. Del fuego tenebroso, y del sonido, y de las piedras agudas. Del éter purísimo y de la posición de la luna y de dos estrellas. De la posición de las otras estrellas. Del tercer viento y sus torbellinos. Del aire acuoso y la piel blanca. Del cuarto viento y sus torbellinos. Del globo arenoso de la tierra. Palabras de David sobre la misma cosa. Del terremoto y qué significa. Del monte máximo entre el aquilón y el oriente. De aquellos que por arte perversa escudriñan el futuro en las criaturas. Palabras del Evangelio. De qué manera el diablo se burla de los hombres por el arte mágico. Parábola sobre la misma cosa. Cuando la salvación del hombre y la utilidad se hayan completado, el siglo se mudará. Palabras de Job sobre la misma cosa. Palabras de Dios sobre lo mismo. Que Dios ya no quiere tolerar los augurios en las estrellas y en las demás criaturas. De la estulticia y contumacia del hombre. Similitud del cabrito, y del ciervo, y del lobo. Comparación del médico. Palabras de Juan.

Después de esto vi un instrumento máximo, redondo y sombrío según la semejanza de un huevo, estrecho arriba y amplio en el medio, y constreñido abajo; en cuya parte exterior en circuito había un fuego lúcido, teniendo como una piel sombría bajo sí. Y en aquel fuego había un globo de fuego rutilante de tal magnitud que todo el instrumento era ilustrado por él, teniendo sobre sí tres hachas colocadas ordenadamente hacia arriba, las cuales con su fuego contenían al mismo globo para que no cayera; y aquel globo a veces se elevaba hacia arriba y mucho fuego le salía al encuentro, de modo que de ahí producía sus llamas más lejos, y a veces se inclinaba hacia abajo, y mucho frío le salía al encuentro: por lo cual retiraba sus llamas más rápido. Pero también de aquel fuego que había rodeado al instrumento salía un soplo con sus torbellinos, y de aquella piel que yacía bajo él brotaba otro soplo con sus torbellinos, que se difundía de aquí para allá en el mismo instrumento. En la misma piel también había un cierto fuego tenebroso de tanto horror que yo no era capaz de mirarlo, el cual con su fuerza sacudía toda aquella piel, lleno de sonidos, tempestades y piedras agudísimas mayores y menores.

Qui dum sonitum suum elevaret, ille lucidus ignis, et venti, et aer commovebantur, ita quod fulgura sonitum ipsum praevenerunt, quia ignis ille, primum commotionem ejusdem sonitus in se sentiebant.

Sed sub eadem pelle purissimus aether erat sub se nullam pellem habens; in quo etiam globum quemdam candentis ignis plurimae magnitudinis cernebam, super se duas faculas sursum apparenter positas habentem ipsumque globum ne modum cursus sui excederet continentes et in eodem aethere multae et clarae spherae ubique positae fuerant; in quas idem globus interdum se aliquantulum evacuans claritatem suam emisit, et ita sub praefatum rubeum igneumque globum recurrens, et ab eo flammas suas restaurans: iterum illas in easdem sphaeras efflavit. Sed et ab ipso aethere quidam flatus cum suis turbinibus erumpebat; qui se in praefatum instrumentum ubique dilatabat.

Sub eodem autem aethere, aquosum aerem videbam albam pellem sub se habentem qui se hac et illac diffundens, omni instrumento illi humorem dedit. Qui dum se interdum repente congregaret, repentinam pluviam multo fragore emisit; et dum se leniter diffudit, blandam pluviam leni motu effudit. Sed et ex eo quidam flatus cum turbinibus suis exiens, per praedictum instrumentum se ubique expandit.

Et in medio istorum elementorum quidam arenosus globus plurimae magnitudinis erat: quem eadem elementa ita circumdederant, quod nec hac nec illac dilabi poterat. Sed dum interdum eadem elementa cum praedictis flatibus se invicem concuterent, eumdem globum sua fortitudine aliquantulum moveri compellebant. Et vidi inter aquilonem et orientem velut maximum montem, qui versus aquilonem multas tenebras et versus orientem multam lucem continebat; ita tamen quod nec lux illa ad tenebras, nec tenebrae ad lucem pertingere poterant.

Audivique iterum vocem de coelo mihi dicentem: Deus qui omnia sua voluntate condidit, ea ad cognitionem et honorem nominis sui creavit, non solum autem ea quae visibilia et temporalia sunt in ipsis ostendens, sed etiam illa quae invisibilia et aeterna sunt in eis manifestans. Quod et visio haec quam cernis demonstrat. Nam hoc maximum instrumentum quod vides rotundum et umbrosum secundum similitudinem ovi superius arctum, et in medio amplum ac inferius constrictum, declarat fideliter omnipotentem Deum in majestate sua incomprehensibilem, et in mysteriis suis inaestimabilem, et spem omnium fidelium existentem, cum primitus homines rudes et simplices in actibus suis essent, postea in veteri ac nova lege instructiores se mutuo molestant et affligunt, et tandem circa finem mundi multas aerumnas in angustiis suis passuri sunt.

El cual, cuando elevaba su sonido, aquel fuego lúcido, y los vientos, y el aire se conmovían, de modo que los relámpagos precedían al sonido mismo, porque aquel fuego sentía primero en sí la conmoción del mismo sonido.

Pero bajo la misma piel estaba el éter purísimo que no tenía bajo sí ninguna piel; en el cual también discernía un cierto globo de fuego candente de muchísima magnitud, teniendo sobre sí dos hachas aparentemente colocadas hacia arriba y que contenían al globo mismo para que no excediera el modo de su curso; y en el mismo éter muchas y claras esferas habían sido colocadas por todas partes; en las cuales el mismo globo a veces vaciándose un poco enviaba su claridad, y así recurriendo bajo el prefatado globo rojo e ígneo, y restaurando sus llamas de él: de nuevo las soplaba en las mismas esferas. Pero también del mismo éter irrumpía un cierto soplo con sus torbellinos; el cual se dilataba por todas partes en el prefatado instrumento.

Bajo el mismo éter, empero, veía un aire acuoso que tenía una piel blanca bajo sí, el cual difundiéndose de aquí para allá, dio humor a todo aquel instrumento. El cual, cuando a veces se congregaba de repente, emitía una lluvia repentina con mucho fragor; y cuando se difundía suavemente, derramaba una lluvia blanda con suave movimiento. Pero también de él salía un cierto soplo con sus torbellinos, y se expandía por todas partes a través del predicho instrumento.

Y en medio de estos elementos había un cierto globo arenoso de muchísima magnitud: al cual los mismos elementos habían rodeado de tal modo que no podía deslizarse ni hacia aquí ni hacia allá. Pero cuando a veces los mismos elementos con los predichos soplos se chocaban entre sí, compelían al mismo globo a moverse un poco por su fuerza. Y vi entre el aquilón y el oriente como un monte máximo, que hacia el aquilón contenía muchas tinieblas y hacia el oriente mucha luz; de tal modo, empero, que ni aquella luz podía alcanzar a las tinieblas, ni las tinieblas a la luz.

Y oí de nuevo una voz del cielo que me decía: Dios, que fundó todas las cosas por su voluntad, las creó para el conocimiento y honor de su nombre, no solo mostrando en ellas aquellas cosas que son visibles y temporales, sino también manifestando en ellas aquellas que son invisibles y eternas. Lo cual también esta visión que ves demuestra. Pues este instrumento máximo que ves redondo y sombrío según la semejanza de un huevo, estrecho arriba, y amplio en el medio y constreñido abajo, declara fielmente a Dios omnipotente incomprensible en su majestad, e inestimable en sus misterios, y siendo la esperanza de todos los fieles, puesto que al principio los hombres eran rudos y simples en sus actos, después en la ley vieja y nueva más instruidos se molestan y afligen mutuamente, y finalmente hacia el fin del mundo han de sufrir muchas penurias en sus angustias.

In cujus exteriori parte per circuitum lucidus ignis est, quasi pellem umbrosam sub se habens: designat quod Deus illos qui extra veram fidem sunt ubique per ignem ultionis suae exurit; eos vero qui intra fidem catholicam manent, ubique per ignem consolationis suae purificat; ita diabolicae perversitatis tenebrositatem prosternens, ut et factum est cum diabolus a Deo creatus se Deo opponere volens in perditionem devictus corruit. Et in igne isto est globus rutilantis ignis tantae magnitudinis, ut instrumentum totum ab eo illustraretur; qui splendore claritatis suae ostendit quod in Deo Patre est ineffabilis unigenitus ejus sol justitiae fulgorem ardentis charitatis habens, tantaeque gloriae existens, ut omnis creatura a claritate lucis ejus illuminetur; super se tres faculas sursum ordinate positas habens, quae suo igne globum ne labatur continent; videlicet sua administratione trinitatem omnia continentem et demonstrantes quod Filius Dei de coelo ad terras descendens, angelis in coelestibus relictis hominibus etiam qui in anima et corpore subsistunt coelestia manifestavit; qui claritatis ejus beneficio ipsum glorificantes: omnem noxium errorem abjiciunt, cum eum verum Dei Filium de vera virgine incarnatum magnificavit, postquam ipsis eum angelus praenuntiavit, et postquam homo in anima et corpore vivens eum fideli gaudio suscepit.

Quapropter et idem globus se aliquando sursum elevat plurimusque ignis ei occurrit, ita quod exinde flammas suas longius producit: significans quia, ubi tempus illud venit quod Unigenitus Dei pro redemptione et sublevatione humani generis per voluntatem Patris incarnari debuit, Spiritus sanctus in virtute Patris superna mysteria in beata Virgine mirabiliter operatus est, ita quod eodem Filio Dei in virginali pudicitia fecunda virginitate mirificum fulgorem dante, virginitas gloriosa effecta est. Quoniam in nobilissima virgine, summe desiderabilis incarnatio demonstrata est.

Et ita etiam se aliquando deorsum inclinat, multumque frigus ei obviam venit; quam ob causam flammas suas citius subducit, declarans quoniam idem Unigenitus Dei ex virgine natus, et ita ad paupertatem hominum misericorditer inclinatus, plurimis miseriis ipsi occurrentibus multas corporales angustias sustinens, cum se mundo corporaliter ostenderat, de mundo transiens ad patrem rediit discipulis etiam ipsius astantibus, quemadmodum scriptum est: Videntibus illis, elevatus est, et nubes suscepit eum ab oculis eorum (Act. I). Quod dicitur: Filiis Ecclesiae in interiori scientia cordis sui Filium Dei suscipientibus: sanctitas corporis ejus elevata est in potentia divinitatis ipsius et in mystico miraculo nubes secreti mysterii suscepit eum a mortalibus oculis abscondens ipsum flabrisque ventorum ipsi famulantibus.

En cuya parte exterior en circuito hay un fuego lúcido, teniendo como una piel sombría bajo sí: designa que Dios a aquellos que están fuera de la verdadera fe en todas partes los abrasa por el fuego de su venganza; pero a los que permanecen dentro de la fe católica, en todas partes los purifica por el fuego de su consolación; postrando así la tenebrosidad de la perversidad diabólica, tal como también se hizo cuando el diablo, creado por Dios, queriendo oponerse a Dios, cayó derrotado a la perdición. Y en este fuego hay un globo de fuego rutilante de tal magnitud que todo el instrumento es ilustrado por él; el cual por el esplendor de su claridad muestra que en Dios Padre está su inefable Unigénito, Sol de Justicia, que tiene el fulgor de la caridad ardiente, y siendo de tanta gloria que toda criatura es iluminada por la claridad de su luz, teniendo sobre sí tres hachas colocadas ordenadamente hacia arriba, las cuales con su fuego contienen al globo para que no caiga, a saber, demostrando por su administración la Trinidad que todo lo contiene y demostrando que el Hijo de Dios descendiendo del cielo a las tierras, habiendo dejado a los ángeles en las regiones celestiales, manifestó las cosas celestiales también a los hombres que subsisten en alma y cuerpo, quienes glorificándolo por el beneficio de su claridad: desechan todo error nocivo, cuando magnificó al verdadero Hijo de Dios encarnado de una verdadera virgen, después de que el ángel se lo anunció a ellos, y después de que el hombre que vive en alma y cuerpo lo recibió con fiel gozo.

Por lo cual también el mismo globo a veces se eleva hacia arriba y mucho fuego le sale al encuentro, de modo que de ahí produce sus llamas más lejos: significando que, cuando llegó aquel tiempo en que el Unigénito de Dios para la redención y elevación del género humano por la voluntad del Padre debía encarnarse, el Espíritu Santo en el poder del Padre obró maravillosamente los misterios celestiales en la bienaventurada Virgen, de modo que dando el mismo Hijo de Dios un fulgor maravilloso en la pudicia virginal con una virginidad fecunda, la virginidad fue hecha gloriosa. Puesto que en la nobilísima virgen, la encarnación sumamente deseable fue demostrada.

Y así también a veces se inclina hacia abajo, y mucho frío le sale al encuentro; por cuya razón retira sus llamas más rápido, declarando que puesto que el mismo Unigénito de Dios nacido de una virgen, y así misericordiosamente inclinado a la pobreza de los hombres, saliéndole al encuentro muchísimas miserias sosteniendo muchas angustias corporales, cuando se hubo mostrado corporalmente al mundo, pasando del mundo volvió al Padre estando también presentes sus discípulos, tal como está escrito: Viéndolo ellos, fue elevado, y una nube lo recibió de sus ojos (Hechos I). Lo cual se dice: A los hijos de la Iglesia que reciben al Hijo de Dios en la ciencia interior de su corazón: la santidad de su cuerpo fue elevada en la potencia de su divinidad y en un milagro místico una nube de secreto misterio lo recibió escondiéndolo de los ojos mortales con los soplos de los vientos también sirviéndole.

Sed ut vides de igne illo qui idem instrumentum circumdederat flatus quidam cum suis turbinibus exiebat: qui ostendit quoniam ab omnipotente Deum totum mundum sua potestate complente, vera disseminatio justis sermonibus processit quando ipse vivus et verus Deus hominibus in veritate demonstratus est.

Et de pelle illa quae sub eo est alius flatus cum turbinibus suis ebullit, quia etiam de diabolica rabie quae Deum ignorans non timet, pessima fama cum nequissimis locutionibus exit; qui se in ipso instrumento hac et illac diffundunt, quoniam in saeculo diversis modis utiles et inutiles rumores inter populos se commiscent.

In eadem quoque pelle quidam tenebrosus ignis tanti horroris est, quod eum intueri non potes: qui declarat quod in pessimis et in nequissimis insidiis antiqui proditoris, teterrimum homicidium tanti fervoris erumpit quod insaniam illius humanus intellectus discernere non valet, qui totam pellem illam sua fortitudine concutit; quoniam homicidium omnes diabolicas malignitates suo horrore complectitur, cum in primogenitis ab ira odium ebulliens fratricidium perpetravit.

ignis ille plenus sonituum erat, tempestatum et acutissimorum lapidum majorum et minorum: quia homicidium plenum avaritia est et ebrietatibus atque saevissimis nequitiis quae sine misericordia bacchantur tam in magnis homicidiis quam in minoribus vitiis.

Qui dum sonitum suum elevat ille lucidus ignis et venti et aer commoventur; quoniam, dum homicidium in cupiditate effusionis sanguinis stridet superna judicia, celeres rumores, et ubique ad ruinam homicidae extentae praeparationis in ultione recti judicii suscitantur: ita quod fulgura sonitum ipsum praeveniunt, quia ignis ille primum commotionem ejusdem sonitus in se sentit.

Nam severitas divini examinis scelus illud superando opprimit, cum divina majestas, antequam fremitus illius insamae publice manifestetur eo oculo cui omnia nuda sunt aperte praevideat.

Sed sub illa pelle purissimus aether est sub se nullam pellem habens; quoniam sub insidiis antiqui proditoris serenissima fides lucet, in qua nulla incertitudo infidelitatis latet, a seipsa non fundata, sed in Christo sustentata, in quo etiam quemdam globum candentis ignis plurimae magnitudinis vides qui vere designat junctam Ecclesiam, in fide candorem innocentis claritatis plurimique honoris ut tibi demonstrent praetendentem, et super se duas faculas sursum clare positas habentem ipsumque globum ne modum cursus sui excedat continentes, quod sua significatione sunt ostendentes;

Pero como ves, de aquel fuego que había rodeado al mismo instrumento salía un cierto soplo con sus torbellinos: el cual muestra que de Dios omnipotente que llena todo el mundo con su poder, procedió una verdadera diseminación con sermones justos cuando Él, Dios vivo y verdadero, fue demostrado a los hombres en la verdad.

Y de aquella piel que está bajo él brota otro soplo con sus torbellinos, porque también de la rabia diabólica que ignorando a Dios no teme, sale una pésima fama con nequísimas locuciones; los cuales se difunden de aquí para allá en el mismo instrumento, puesto que en el siglo de diversos modos los rumores útiles e inútiles se mezclan entre los pueblos.

En la misma piel también hay un cierto fuego tenebroso de tanto horror, que no eres capaz de mirarlo: el cual declara que en las peores y en las más inicuas insidias del antiguo traidor, estalla un horrendo homicidio de tal fervor que el intelecto humano no puede discernir la locura de aquel, el cual sacude toda aquella piel con su fuerza; puesto que el homicidio abraza todas las malignidades diabólicas en su horror, ya que en los primogénitos, de la ira brotando el odio, perpetró el fratricidio.

Aquel fuego estaba lleno de sonidos, tempestades y piedras agudísimas mayores y menores: porque el homicidio está lleno de avaricia y de embriagueces y de nequicias saquísimas que se enfurecen sin misericordia tanto en los grandes homicidios como en los vicios menores.

El cual, cuando eleva su sonido, aquel fuego lúcido y los vientos y el aire se conmueven; puesto que, mientras el homicidio en la codicia de la efusión de sangre chirría, los juicios celestiales, los rumores veloces, y por todas partes para la ruina del homicida preparativos extendidos se suscitan en la venganza del recto juicio: de modo que los relámpagos preceden al sonido mismo, porque aquel fuego siente primero en sí la conmoción del mismo sonido.

Pues la severidad del examen divino oprime aquel crimen venciéndolo, puesto que la divina majestad, antes de que el bramido de aquella locura se manifieste públicamente, lo prevé abiertamente con aquel ojo ante el cual todas las cosas están desnudas.

Pero bajo aquella piel está el éter purísimo que no tiene bajo sí ninguna piel; puesto que bajo las insidias del antiguo traidor brilla la fe serenísima, en la cual no se esconde ninguna incertidumbre de infidelidad, no fundada por sí misma, sino sustentada en Cristo, en la cual también ves un cierto globo de fuego candente de muchísima magnitud que verdaderamente designa a la Iglesia unida, presentándote la blancura de la claridad inocente y de muchisímo honor, y teniendo sobre sí dos hachas claramente colocadas hacia arriba que contienen al globo mismo para que no exceda el modo de su curso, mostrando esto en su significación:

quod Ecclesiam de supernis aedita duo Testamenta videlicet veteris et novae auctoritatis, ad divina praecepta coelestium secretorum trahunt; quia ipsa eamdem ne in varietatem morum se praecipitanter extendat continent, et quia et vetus et nova testificatio beatitudinem supernae haereditatis ipsi ostendunt.

Quapropter etiam in eodem aethere multae et clarae spherae ubique positae sunt in quas idem globus interdum se aliquantulum evacuans claritatem suam emittit; quoniam in puritate fidei plurima et splendida opera pietatis ubique apparent, in quibus Ecclesia certo quodam tempore conculcationem aliquantulum sustinuit, et decor mirabilium suorum aliquantulum evanuit, cum ipsa velut in moerore jacens, claritatem tamen priorum operum in perfectis hominibus admirabatur; et ita sub praefatum rubeum, igneumque globum recurrens et ab eo flammas suas restaurans: iterum illas in easdem sphaeras efflavit, quoniam ipsa in contritione posita sub protectionem Unigeniti Dei properans, et ab eo sufferentias divinae confortationis accipit amorem supernorum in beatis operibus declarans.

Unde et ab ipso aethere quidam flatus cum suis turbinibus erumpit, qui se in praefatum instrumentum ubique dilatat; quia ab unitate fidei validissima fama cum veris et perfectis assertionibus in auxilium hominum emanans; fines totius orbis multa celeritate percussit.

Sub eodem autem aethere aquosum aerem vides albam pellem sub se habentem, qui se hac et illac diffundens omni instrumento illi humorem praestat; quoniam sub fide quae tam in antiquis tam in novis patribus erat, baptismus in Ecclesia ad salutem credentium (ut tibi verissime manifestatur) in innocentia beatissimae stabilitatis fundatus se divina inspiratione ubique dilatans universo orbi irrigationem salutis in credentibus attulit. Qui dum se interdum repente congregat, repentinam pluviam multo frigore emittit; et dum se leniter diffundit, blandam pluviam leni motu dat, quia, dum baptismus aliquando per assertores veritatis in velocitate praedicationis et in profunditate mentis ipsorum multiplicabatur, celeri copia verborum in inundatione praedicationis eorum, attonitis hominibus manifestabatur, interdum etiam baptismus suavi temperamento praedicatione dilatatus, suavi irrigatione cum discretionis adjutorio populis attractis propalabatur.

Quapropter et ex eo quidam status cum turbinibus suis exiens, per praedictum instrumentum se ubique diffundit; quoniam ab inundatione baptismatis salutem credentibus afferentis verissima fama cum verbis fortissimorum sermonum egrediens omnem mundum manifestatione beatitudinis suae perfudit, ut jam in populis infidelitatem deserentibus et fidem catholicam appetentibus: aperte declaratur.

que los dos Testamentos, a saber, de la antigua y de la nueva autoridad, atraen a la Iglesia surgida de lo alto hacia los preceptos divinos de los secretos celestiales; porque ellos mismos la contienen para que no se extienda precipitadamente en una variedad de costumbres, y porque tanto el antiguo como el nuevo testimonio le muestran la bienaventuranza de la herencia celestial.

Por lo cual también en el mismo éter muchas y claras esferas han sido colocadas por todas partes, en las cuales el mismo globo a veces vaciándose un poco emite su claridad; puesto que en la pureza de la fe muchísimas y espléndidas obras de piedad aparecen por todas partes, en las cuales la Iglesia por un cierto tiempo sostuvo un poco de conculcación, y el decoro de sus maravillas se desvaneció un poco, mientras ella, yaciendo como en el duelo, admiraba empero la claridad de las obras anteriores en los hombres perfectos; y así recurriendo bajo el prefatado globo rojo e ígneo y restaurando sus llamas de él: de nuevo las sopló en las mismas esferas, puesto que ella, puesta en la contrición, apresurándose bajo la protección del Unigénito de Dios, recibe de Él los sufrimientos de la confortación divina declarando el amor de las cosas celestiales en las obras bienaventuradas.

Por lo cual también del mismo éter irrumpe un cierto soplo con sus torbellinos, el cual se dilata por todas partes en el prefatado instrumento; porque de la unidad de la fe una fama validísima con aserciones verdaderas y perfectas emanando para el auxilio de los hombres: golpeó los confines de todo el orbe con mucha celeridad.

Bajo el mismo éter, empero, ves un aire acuoso que tiene una piel blanca bajo sí, el cual difundiéndose de aquí para allá presta humor a todo aquel instrumento; puesto que bajo la fe que estaba tanto en los antiguos como en los nuevos padres, el bautismo en la Iglesia para la salvación de los creyentes (como se te manifiesta verdaderamente) fundado en la inocencia de la beatísima estabilidad, dilatándose por todas partes por inspiración divina trajo la irrigación de la salvación a los crevientes en todo el mundo. El cual, cuando a veces se congrega de repente, emite una lluvia repentina con mucho frío; y cuando se difunde suavemente, da una lluvia blanda con suave movimiento, porque, mientras el bautismo a veces por los asertores de la verdad se multiplicaba en la velocidad de la predicación y en la profundidad de la mente de ellos, se manifestaba a los hombres atónitos en una rápida copia de palabras en la inundación de su predicación, a veces también el bautismo dilatado por la predicación con suave temperamento, era propuesto a los pueblos atraídos con suave irrigación con el auxilio de la discreción.

Por lo cual también de él un cierto soplo con sus torbellinos saliendo, se difunde por todas partes a través del predicho instrumento; porque de la inundación del bautismo que trae la salvación a los creyentes, una fama verdaderísima con las palabras de los sermones más fuertes saliendo, inundó todo el mundo con la manifestación de su beatitud, como ya se declara abiertamente en los pueblos que abandonan la infidelidad y desean la fe católica.

Et in medio istorum elementorum, quidam arenosus globus plurimae magnitudinis est, quem elementa ita circumdant quod nec hac nec illac dilabi potest: qui manifeste ostendit in fortitudine creaturarum Dei, hominem profundae considerationis degentem de limo terrae mirabili modo multa gloria factum, et virtute creaturarum ita circumdatum quod ab eis nullo modo separari valet; quia elementa mundi ad servitutem hominis creata ipsi famulatum exhibent, dum homo velut in medio eorum sedens ipsis divina dispositione praesidet, ut etiam per me inspiratus David dicit: Gloria et honore coronasti eum, et constituisti eum super opera manuum tuarum (Psal. VIII). Quod dicitur: O tu Deus qui omnia mirabiliter fecisti, aurea et purpurea corona intellectus et dignissimo indumento visibilis speciei coronasti hominem; ita ponens eum quasi principem super altitudinem perfectorum operum tuorum, quae in creaturis tuis juste et bene disposuisti. Tu enim prae aliis creaturis tuis magnas et mirandas dignitates homini indidisti.

Sed, ut vides, dum interdum elementa illa cum praedictis flatibus se invicem concutiunt, ipsum globum sua fortitudine aliquantulum moveri compellunt; quia, dum congruo tempore, creaturae Dei cum fama miraculorum creatoris sibi invicem congrediuntur, ita quod miraculum miraculo magno tonitruo verborum involvitur, homo illorum miraculorum magnitudine perculsus concussionem mentis et corporis sui sentit, dum in mirabilibus illis attonitus imbecillitatem fragilitatis suae considerat.

Cum autem recordor tui, o mater Sion, in qua habitare debui, amarissima servitia quibus subjecta sum inspicio. Et cum omne genus musicorum quod in te est ad memoriam duco; vulnera mea attendo. Sed cum et recordor gaudii et laetitiae gloriae tuae; tunc venena illa quibus infecta sum detestor. O quo me vertam? Et quo fugiam? Dolor enim meus innumerabilis est, quoniam si in malis istis perseveravero, socia illorum ero cum quibus in terra Babylonia turpiter conversata sum. Et ubi es, o mater mea Sion? Hei mihi! quia a te infeliciter recessi, quoniam si te nescirem, levius dolorem meum perferrem. Nunc autem pessimos sodales meos fugiam; quia infelix Babylonia in plumbeam stateram me posuit, ac maximis trabibus me oppressit, ita ut vix respirare possim. Sed cum lacrymas meas ad te, o mater mea, cum gemitibus meis effundo, tantos strepitus sonantium aquarum infelix Babylonia emittit, quod vocem meam non attendis. Ergo multa sollicitudine arctas vias quaeram, in quibus pessimos sodales meos et infelicem captivitatem meam effugere queam. Et cum haec dixissem, elapsa sum angustam semitam ubi me in parvo foramine contra septentrionem abscondi amarissime flens, quoniam matrem meam perdideram; ibi etiam omnem dolorem meum et omnia vulnera mea considerabam, tantasque effusiones lacrymarum flendo et flendo ibi emisi; quod omnis dolor et omnis livor vulnerum meorum lacrymis istis perfusus maduit. Et ecce suavissimus odor velut lenis aura a matre mea emissus, nares meas imbuit. O quantos gemitus et quantas lacrymas tunc effudi, cum parvam consolationem illam adesse sensi. Et tantos ululatus cum copiosis fletibus prae gaudio dedi; ut etiam mons ille in cujus foramine me absconderam inde commotus fuerit. Et dixi: O mater, o mater Sion: quidnam tandem fiet de me? Et ubi nunc est nobilis filia tua? O quandiu quandiu maternae dulcedinis tuae expers sum, quae in multis deliciis me blande enutrieras? Et in his lacrymis ita delectabar; quasi matrem meam viderem.

Sed inimici mei clamores meos audientes, dicebant: Ubi est illa quam hactenus in consortio nostro secundum voluntatem nostram tenuimus quae et omnem voluntatem nostram hactenus perfecit? Ecce nunc coelicolas invocat. Omnes ergo artes nostras excitemus, eam tanto studio et tanta sollicitudine custodientes, ne usquam a nobis effugere possit, quia eam nobis prius omnino subjecimus. Si hoc fecerimus, iterum nos sequetur. Sed ego foramen in quo me absconderam latenter egressa, in quamdam altitudinem ire cupiebam ubi me inimici mei invenire non valerent.

Pero cuando me acuerdo de ti, oh madre Sión, en quien debí habitar, miro los servicios amarguísimos a los que estoy sometida. Y cuando traigo a la memoria todo género de música que hay en ti, atiendo a mis heridas. Pero cuando también recuerdo el gozo y la alegría de tu gloria, entonces detesto aquellos venenos con los que estoy infectada. ¡Oh!, ¿a dónde me volveré? ¿Y a dónde huiré? Pues mi dolor es innumerable, ya que si perseverare en estos males, seré compañera de aquellos con quienes en la tierra de Babilonia conversé torpemente. ¿Y dónde estás tú, oh madre mía Sión? ¡Ay de mí!, porque de ti infelizmente me aparté, ya que si no te conociera, más levemente sobrellevaría mi dolor. Ahora, sin embargo, huiré de mis peores compañeros; porque la infeliz Babilonia me ha puesto en una balanza de plomo, y con pesadísimas vigas me ha oprimido, de modo que apenas puedo respirar. Pero cuando derramo mis lágrimas ante ti, oh madre mía, con mis gemidos, la infeliz Babilonia emite tales estrépitos de aguas sonoras, que tú no atiendes a mi voz. Por lo tanto, con mucha solicitud buscaré sendas estrechas, en las cuales pueda escapar de mis peores compañeros y de mi infeliz cautividad. Y cuando hube dicho estas cosas, me deslicé por una senda estrecha donde me escondí en un pequeño agujero contra el norte, llorando amarguísimamente, porque había perdido a mi madre; allí también consideraba todo mi dolor y todas mis heridas, y tantas efusiones de lágrimas allí emití llorando y llorando; que todo el dolor y todo el cardenal de mis heridas, empapado por aquellas lágrimas, se humedeció. Y he aquí que un suavísimo olor, como una brisa leve emitida por mi madre, imbuyó mis narices. ¡Oh, cuántos gemidos y cuántas lágrimas derramé entonces, cuando sentí que aquel pequeño consuelo estaba presente! Y tantos aullidos con copiosos llantos di de gozo; que incluso aquel monte en cuyo agujero me había escondido se conmovió por ello. Y dije: Oh madre, oh madre Sión: ¿qué será finalmente de mí? ¿Y dónde está ahora tu noble hija? ¡Oh, cuánto tiempo, cuánto tiempo estoy privada de tu dulzura materna, tú que en muchas delicias blandamente me habías nutrido! Y en estas lágrimas tanto me deleitaba, como si viera a mi madre.

Pero mis enemigos, oyendo mis clamores, decían: ¿Dónde está aquella a quien hasta ahora hemos tenido en nuestro consorcio según nuestra voluntad, y que ha cumplido hasta ahora toda nuestra voluntad? He aquí que ahora invoca a los moradores del cielo. Excitemos, pues, todas nuestras artes, custodiándola con tanto empeño y tanta solicitud, que en ninguna parte pueda escapar de nosotros, porque primero nos la sometimos por completo. Si hiciéramos esto, otra vez nos seguirá. Pero yo, habiendo salido secretamente del agujero en que me había escondido, deseaba ir a cierta altura donde mis enemigos no pudieran encontrarme.

At ipsi quoddam mare tanti fervoris mihi opposuerunt, ut illud nullo modo transvadare potuerim. Sed et ibi quidam pons tantae parvitatis et angustiae erat; ut nec per illum transire valuerim. In fine quoque maris illius quaedam altitudo montium tantorum acuminum apparuit quod nec ibi iter haberi posse sensi. Et dixi: O quid ego misera nunc faciam? Suavitatem matris meae nunc parumper senseram, unde putabam quod me vellet ad se reducere; sed ah! num iterum relinquet me? ah! quo me vertam? Nam si modo in priorem captivitatem venero, inimicis meis magis nunc quam prius ero ludibrio, quia ad matrem meam fideliter ejulavi et quoniam suavitatem dulcedinis ejus parumper sensi, cum iterum modo ab ea derelicta sim. Sed ego per suavitatem illam quam prius per matrem meam venientem senseram adhuc tantae fortitudinis fui quod me ad orientem verti et quod iterum angustissimas semitas tentare coepi.

Illae autem semitae spinis et tribulis et aliis hujusmodi impedimentis ita septae erant, quod vix ulla vestigia in eis figere valebam; sed tamen cum maximo labore et sudore eas tandem vix pertransiens: ex illo labore tantam fatigationem incurri, quod vix respirare valui. Sic tandem cum maxima fatigatione ad cacumen montis in quo me prius absconderam evadens; ad vallem ejus me inclinavi, ubi descendere volenti, aspides, scorpiones, dracones et alii hujusmodi serpentes simul occursantes, in me sibilos suos emiserunt. Unde ego exterrita, maximos ululatus emisi, dicens: O mater, ubi es? Levius enim dolerem, si suavitatem visitationis tuae prius non sensissem, quia nunc iterum in captivitatem illam incidam in qua dudum jacueram. Ubi ergo nunc est auxilium tuum? Tunc vocem matris meae audivi mihi dicentem. O filia, curre, pennae enim ad volandum tibi datae sunt a fortissimo datore; cui nullus valet resistere. Ergo velociter transvola omnes has contrarietates. Et ego multa consolatione confortata, pennas illas suscepi et omnia venenosa ac mortifera illa velociter transilii. Et veni ad quoddam tabernaculum, quod interius totum erat ex fortissima calybe fabricatum. Et subiens illud, opera claritatis feci, cum prius opera tenebrarum fecissem. In illo autem tabernaculo ad septentrionem columnam impoliti ferri posui; in qua flabella diversarum pennarum se hac et illac moventium suspendi, et manna inveniens, illud comedi. Ad orientem vero propugnaculum ex quadris lapidibus construxi: et in eo ignem accendens ibi myrrhatum vinum cum musto bibi. Sed ad meridiem turrim ex quadris lapidibus struxi; in qua clypeos rubri coloris suspendi, et in cujus fenestras tubas ex ebore factas collocavi.

Pero ellos me opusieron cierto mar de tanto hervor, que de ningún modo pude vadearlo. Pero también había allí un puente de tanta pequeñez y estrechez, que ni siquiera por él pude pasar. Al final también de aquel mar apareció tal altura de montes de tales cumbres que sentí que ni allí se podía tener camino. Y dije: ¡Oh, ¿qué haré yo ahora, miserable?! Había sentido ahora por un poco la dulzura de mi madre, por lo cual pensaba que me quería reducir a sí; pero, ¡ay!, ¿me dejará otra vez? ¡Ay!, ¿a dónde me volveré? Pues si ahora llegare a mi primera cautividad, seré para mis enemigos motivo de escarnio ahora más que antes, porque fielmente clamé a mi madre y porque sentí por un poco la suavidad de su dulzura, ya que ahora de nuevo soy desamparada por ella. Pero yo, por aquella suavidad que primero había sentido viniendo por mi madre, todavía fui de tanta fortaleza que me volví hacia el oriente y que empecé de nuevo a intentar sendas estrechísimas.

Aquellas sendas, sin embargo, estaban tan cercadas de espinas y abrojos y otros impedimentos de esta clase, que apenas podía fijar en ellas huella alguna; pero, no obstante, con el mayor trabajo y sudor, atravesándolas finalmente a duras penas, por aquel esfuerzo incurrí en tal fatiga, que apenas podía respirar. Así, finalmente, escapando con la mayor fatiga a la cumbre del monte en que antes me había escondido, me incliné hacia su valle, donde, al querer descender, áspides, escorpiones, dragones y otras serpientes semejantes, saliendo al encuentro a la vez, emitieron sus silbidos contra mí. Por lo cual yo, aterrada, emití los mayores aullidos, diciendo: Oh madre, ¿dónde estás? Pues más levemente me dolería si no hubiera sentido antes la suavidad de tu visitación, porque ahora de nuevo caeré en aquella cautividad en que hace tiempo yacía. ¿Dónde está, pues, ahora tu auxilio? Entonces oí la voz de mi madre diciéndome: Oh hija, corre, pues te han sido dadas alas para volar por el más fuerte dador, a quien nadie puede resistir. Por tanto, sobrevuela velozmente todas estas contrariedades. Y yo, reconfortada con mucho consuelo, recibí aquellas alas y salté velozmente sobre todas aquellas cosas venenosas y mortíferas. Y llegué a cierto tabernáculo, que interiormente estaba todo fabricado de un acero fortísimo. Y entrando en él, hice obras de claridad, habiendo hecho antes obras de tinieblas. En aquel tabernáculo, sin embargo, puse al norte una columna de hierro sin pulir, en la cual suspendí abanicos de diversas plumas que se movían de acá para allá, y encontrando maná, lo comí. Al oriente, en cambio, construí un baluarte de piedras cuadradas, y encendiendo en él fuego, bebí allí vino mirrado con mosto. Pero al mediodía construí una torre de piedras cuadradas, en la cual suspendí escudos de color rojo, y en cuyas ventanas coloqué trompetas hechas de marfil.

In medio autem illius turris mel effudi, ex quo pretiosum unguentum cum aliis aromatibus confeci, ita ut ex eo maximus odor per totum ambitum funderetur tabernaculi. Ad occidentem vero nullum opus posui; quia pars illa ad saeculum versa erat. Sed interim dum in hoc labore occupata versarer; inimici mei pharetras suas arripientes, sagittis suis tabernaculum meum aggressi sunt; sed ego prae studio operis quod faciebam; tandiu insaniam eorum nom attendi usque dum fores tabernaculi sagittis complerentur: nulla tamen sagittarum nec januam laesit, nec calybem tabernaculi penetrare valuit, unde nec ego ab eis laedi potui. Quod illi percipientes, maximam inundationem aquarum emiserunt, ut me et tabernaculum meum dejicerent: attamen in hac malitia sua nihil profecerunt. Quapropter eos audacter derisi, dicens: Faber qui hoc tabernaculum struxit, vobis sapientior et fortior fuit. Unde sagittas vestras colligentes eas deponite, quoniam nullam amodo victoriam voluntatis vestrae in me valebunt proficere. Ecce quae vulnera ostendunt? Ego multo dolore et labore plurima bella adversum vos egi, cum me morti tradere velletis; sed tamen non potuistis, quia fortissimis armis munita acutos gladios contra vos vibravi, per quos me a vobis strenue defendi. Recedite ergo, recedite, quoniam me ulterius habere non poteritis.

Sed ego fragilis et indocta vidi etiam quae in aliam sphaeram plurimi turbines irruentes eam dejicere voluerunt sed non valuerunt, quoniam illa fortiter repugnans, locum eis insaniendi non dedit, attamen sic cum querela dixit: Quamvis paupercula sim, magnum tamen officium nacta sum. Oh quid sum ego? Et quae est querimonia clamoris mei? Spiraculum enim vivens in homine sum posita, in tabernaculum medullarum, venarum, ossium et carnis, ita quod eidem tabernaculo vegetationem tribuo, et illud ubique in motibus suis circumfero. Sed heu! sensibilitas illius profert spurcitiam, lasciviam et petulantiam morum ac omnia genera vitiorum. Ah! o quam magno gemitu hoc conqueror. Nam cum prosperitatem vitae in operibus tabernaculi mei habeo: occurrit mihi diabolica persuasio in omnibus me irretiens, ac in flatum elationis ita me erigens quod saepenumero dico. Ego secundum appetitum virium terrae meae operari volo; in tabernaculo enim meo omnia opera intelligo; sed concupiscentia ejus ita impedior quo opera mea non discerno antequam dira in me vulnera sentio. O quantum planctum tunc emitto? Et dico: O Deus, nonne creasti me?

En medio, sin embargo, de aquella torre derramé miel, con la cual confeccioné un precioso ungüento con otros aromas, de modo que de él se difundiera un olor máximo por todo el ámbito del tabernáculo. Al occidente, en verdad, no puse obra alguna, porque aquella parte estaba vuelta hacia el siglo. Pero mientras tanto, mientras me ocupaba y versaba en este trabajo, mis enemigos, arrebatando sus aljabas, agredieron mi tabernáculo con sus flechas; pero yo, por el empeño de la obra que hacía, no atendí a su locura hasta que las puertas del tabernáculo se llenaron de flechas; ninguna de las flechas, sin embargo, hirió la puerta ni pudo penetrar el acero del tabernáculo, por lo cual tampoco yo pude ser herida por ellos. Lo cual percibiendo ellos, emitieron una máxima inundación de aguas para derribarnos a mí y al tabernáculo; sin embargo, en esta malicia suya nada progresaron. Por lo cual me burlé audazmente de ellos, diciendo: El artífice que construyó este tabernáculo fue más sabio y más fuerte que vosotros. Por tanto, recogiendo vuestras flechas, deponedlas, ya que de ningún modo podrán en adelante lograr victoria alguna de vuestra voluntad en mí. He aquí, ¿qué heridas muestran? Yo con mucho dolor y trabajo libré muchísimas batallas contra vosotros, cuando me queríais entregar a la muerte; pero, sin embargo, no pudisteis, porque munida con armas fortísimas, vibré contra vosotros agudas espadas, por las cuales me defendí de vosotros denodadamente. Alejaos, pues, alejaos, ya que no podréis tenerme más.

Pero yo, frágil e indocta, vi también que muchísimos torbellinos, irrumpiendo en otra esfera, quisieron derribarla, pero no pudieron, ya que ella, repugnando fuertemente, no les dio lugar para ensañarse, sin embargo así dijo con querella: Aunque sea una pobrecilla, he obtenido sin embargo un gran oficio. ¡Oh!, ¿qué soy yo? ¿Y cuál es la querella de mi clamor? Pues soy un soplo viviente puesto en el hombre, en un tabernáculo de médulas, venas, huesos y carne, de modo que al mismo tabernáculo le atribuyo vegetación, y lo llevo por todas partes en sus movimientos. Pero, ¡ay!, la sensibilidad de aquel profiere suciedad, lascivia y petulancia de costumbres y todos los géneros de vicios. ¡Ah!, oh, con cuán gran gemido me quejo de esto. Pues cuando tengo prosperidad de vida en las obras de mi tabernáculo, me ocurre la persuasión diabólica enredándome en todas las cosas, y en el hálito de la elación de tal modo me levanta que muchas veces digo: Yo quiero obrar según el apetito de las fuerzas de mi tierra; pues en mi tabernáculo entiendo todas las obras; pero por su concupiscencia de tal modo soy impedida que no discierno mis obras antes de que siento en mí graves heridas. ¡Oh!, ¿cuánto llanto emito entonces? Y digo: Oh Dios, ¿no me has creado tú?

Ecce vilis terra opprimit me. Et sic fugam in eo? Quomodo? Cum tabernaculum meum carnalem concupiscentiam habet; tunc quia voluptatem in opere habeo, cum ipsa opus illud perficio. Sed ratio quae in me cum scientia viget, ostendit mihi quoniam a Deo creata sum, in qua ratione etiam sentio; quia Adam cum divinum praeceptum transgressus esset, timens abscondit se. Sic et ego timens, a facie Dei me abscondo: cum opera mea in tabernaculo meo contraria Deo sentio. Cum autem plumbeam stateram peccati super pondero: omnia opera illa quae in carnalibus concupiscentiis ardent contemno. Heu me errabundam! quomodo in his periculis subsistere valebo?

Et cum diabolica persuasio me invadit sic dicens: Estne hoc bonum quod nescis, nec quod vides, nec quod facere potes: quid tunc erit? Et cum iterum dicit: Quod nosti, et quod intelligis, et quod facere vales, cur hoc deseris? quid tunc faciam? At plena dolore respondebo. Ah me miseram! quia per Adam noxia venena mihi afflata sunt, cum ipse divinum praeceptum transgressus et in terram ejectus carnalia tabernacula coadunavit. Nam in gustu quem ipse in pomo per inobedientiam gustavit, noxia dulcedo sanguini et carni se ingerit, et ita pollutionem vitiorum producit. Unde peccatum carnis in me sentio; purissimum autem Deum, quia per culpam inebriata sum, negligo. Sed hoc quod gustus tabernaculi mei in se habet, sequi non debeo. Nam ex hoc quod Adam in prima apparitione purus et simplex a Deo creatus erat, timeo Deum, sciens quoniam per ipsum pura et simplex creata sum. Sed modo per malam consuetudinem vitiorum, in inquietudinem vertor. O in his omnibus peregrina et errabunda sum! Quapropter turbines diversorum sonituum multa mendacia proferunt, quae in me surgunt sic dicentia: Quae es? Et quid ais? Et qualia sunt certamina quae exerces? Infelix enim es. Nam ignoras utrum bonum an malum opus tuum sit. Quo tandem ibis, et quis te conservabit? Et qui sunt errores illi qui te ad insaniam ducunt? An perficies quod te delectat, an fugies quod te angustiat? Oh! quid facies, quia istud scis, et illud ignoras? Quod enim te delectat hoc tibi licitum non est, et quod te angustat, ad hoc praecepto Dei compelleris. Et unde scis si haec ita sint? Melius tibi esset, si non fuisses. Et postquam isti turbines ita in me surrexerunt; incipio alteram viam ambulare, quae carni meae gravis est, quia incipio justitiam facere. Sed iterum intra me dubito, utrum hoc ex dono Spiritus sancti sit an non, et dico: Hoc inutile est. Et deinde super nubes volare volo. Quo modo? super intellectum meum volo ascendere, et ea incipere quae perficere non possum. Sed cum haec facere tento, maximam tristitiam in me excito, ita quod nec in altitudine sanctitatis, nec in planitie bonae voluntatis ullum opus perficio, sed inquietudinem dubietatis, desperationis moeroris et oppressionis omnium rerum in me sentio. Et cum diabolica persuasio me sic inquietat.

He aquí que la vil tierra me oprime. ¿Y así huyo en él? ¿Cómo? Cuando mi tabernáculo tiene concupiscencia carnal, entonces, porque tengo placer en la obra, con ella misma perfecciono aquella obra. Pero la razón que en mí con la ciencia florece, me muestra que he sido creada por Dios, en cuya razón también siento que Adán, cuando hubo transgredido el precepto divino, temiendo se escondió. Así también yo, temiendo, me escondo de la cara de Dios cuando siento mis obras en mi tabernáculo contrarias a Dios. Cuando, sin embargo, sobrepeso la balanza de plomo del pecado, desprecio todas aquellas obras que arden en las concupiscencias carnales. ¡Ay de mí, errabunda!, ¿cómo podré subsistir en estos peligros?

Y cuando la persuasión diabólica me invade diciéndome así: ¿Es acaso este bien lo que no conoces, ni lo que ves, ni lo que puedes hacer? ¿Qué será entonces? Y cuando otra vez dice: Lo que conoces, y lo que entiendes, y lo que puedes hacer, ¿por qué lo abandonas? ¿Qué haré entonces? Pero llena de dolor responderé. ¡Ay de mí, miserable!, porque por Adán me fueron insuflados venenos nocivos, cuando él mismo, habiendo transgredido el precepto divino y habiendo sido arrojado a la tierra, reunió tabernáculos carnales. Pues en el gusto que él mismo, por la desobediencia, probó en la manzana, una dulzura nociva se injerta en la sangre y en la carne, y así produce la polución de los vicios. Por lo cual siento en mí el pecado de la carne; pero al Dios purísimo, porque estoy embriagada por la culpa, lo descuido. Pero esto que el gusto de mi tabernáculo tiene en sí, no debo seguirlo. Pues por esto de que Adán en su primera aparición fue creado puro y simple por Dios, temo a Dios, sabiendo que por Él fui creada pura y simple. Pero ahora, por la mala costumbre de los vicios, me convierto en inquietud. ¡Oh, en todas estas cosas soy peregrina y errabunda! Por lo cual los torbellinos de diversos sonidos profieren muchas mentiras, que surgen en mí diciendo así: ¿Quién eres? ¿Y qué dices? ¿Y qué clase de certámenes ejerces? Pues eres infeliz. Porque ignoras si tu obra es buena o mala. ¿A dónde irás finalmente, y quién te conservará? ¿Y cuáles son aquellos errores que te conducen a la insania? ¿Realizarás lo que te deleita, o huirás de lo que te angustia? ¡Oh!, ¿qué harás?, porque esto sabes y aquello ignoras. Pues lo que te deleita, esto no te es lícito, y a lo que te angustia, a esto eres compelida por el precepto de Dios. ¿Y de dónde sabes si estas cosas son así? Mejor te sería si no hubieras existido. Y después de que estos torbellinos así surgieron en mí, empiezo a andar por otro camino, que es pesado para mi carne, porque empiezo a hacer justicia. Pero otra vez dudo dentro de mí si esto es por el don del Espíritu Santo o no, y digo: Esto es inútil. Y luego quiero volar sobre las nubes. ¿Cómo? Sobre mi intelecto quiero ascender, y empezar aquellas cosas que no puedo realizar. Pero cuando intento hacer esto, excito en mí la máxima tristeza, de modo que ni en la altura de la santidad, ni en la llanura de la buena voluntad realizo obra alguna, sino que siento en mí la inquietud de la duda, de la desesperación, del duelo y de la opresión de todas las cosas. Y cuando la persuasión diabólica así me inquieta,

O quanta calamitas me tunc obruit! quia omnia mala quae sunt aut esse possunt in vituperatione, in maledictione, in mortificatione corporis et animae, in turpibus verbis contra munditiam, salutem et altitudinem quae in Deo sunt: haec omnia mihi infelici occurrunt. Unde etiam haec iniquitas mihi insurgit, scilicet quod omnis felicitas et omne bonum quod tam in homine quam in Deo est mihi molestum et grave erit magis mortem quam vitam mihi proponens. Ah! quam infelix certamen sic de labore in laborem, de dolore in dolorem, de schismate in schisma se mihi ingerit, omnem felicitatem mihi auferens?

Sed unde excitatur malum istorum errorum? ex hoc videlicet. Antiquus enim serpens in se habet astutiam et deceptricem versutiam, atque mortiferum iniquitatis venenum. Nam in astutia sua ingerit mihi contumaciam peccatorum, a timore Domini intellectum meum auferens: ita quod peccare non timeo, sic dicens: Quis est Deus? Nescio quis Deus sit. In deceptrice autem versutia sua obturationem mihi inducit, ita quod in malo obturor. Sed in mortifero iniquitatis veneno spirituale gaudium mihi aufert, ita quod nec in Deo laetari valeo, sic dubietatem desperationis mihi inducens, scilicet quae dubito utrum salvari possim an non? O quae sunt ista tabernacula, quae tanta pericula sustinent in diabolica deceptione? Sed cum per donum Dei recordor quae a Deo creata sunt; tunc inter has oppressiones, his diabolicis persuasionibus hoc modo respondeo. Ego fragile terrae non caedam, sed fortissima bella exercebo. Quomodo? Cum tabernaculum meum opera injustitiae exercere vult: medullam, sanguinem et carnem in sapientia patientiae conterendo me defendam, quemadmodum fortis leo se defendit, et ut serpens in antro suo ictum mortis fugiens se abscondit. Nam nec sagittas diaboli debeo suscipere, nec voluntatem carnis exercere. Quomodo? Cum enim ira circa tabernaculum meum intendere voluerit; in bonitatem Dei respicio quem ira nunquam tetigit, et ita aere qui sua lenitate ariditatem terrae rigat suavior evado spirituale gaudium habens, cum virtutes in me vigorem suum ostendere incipiunt. Et sic bonitatem Dei sentio. Cum autem odium me denigrare tentaverit: in misericordiam et in martyrium Filii Dei aspicio, et ita carnem meam constringo suavem odorem rosarum quae de spinis oriuntur fideli recordatione suscipiens, et ita Redemptorem meum agnosco. Sed cum superbia turrim vanitatis suae sine fundamento petrae in me contenderit ponere, et hanc altitudinem in me erigere quae nullum sibi similem vult habere, sed semper altior caeteris videri. O quis mihi tunc succurret, quoniam antiquus serpens qui super omnes esse volens in mortem cecidit me dejicere conatur? Tunc cum moerore dico.

¡oh, cuánta calamidad me abruma entonces!, porque todos los males que son o pueden ser en vituperación, en maldición, en mortificación del cuerpo y del alma, en palabras torpes contra la limpieza, la salud y la altura que están en Dios: todos estos me ocurren a mí, infeliz. Por lo cual también esta iniquidad surge en mí, a saber, que toda felicidad y todo bien que hay tanto en el hombre como en Dios me será molesto y pesado, proponiéndome la muerte más que la vida. ¡Ah!, ¡qué infeliz certamen así, de trabajo en trabajo, de dolor en dolor, de cisma en cisma se me injerta, quitándome toda felicidad!

¿Pero de dónde se excita el mal de aquellos errores? De esto a saber: que la serpiente antigua tiene en sí astucia y versatilidad engañosa, así como el veneno mortífero de la iniquidad. Pues en su astucia me injerta la contumacia de los pecados, quitando mi intelecto del temor del Señor: de modo que no temo pecar, diciendo así: ¿Quién es Dios? No sé quién sea Dios. En su versatilidad engañosa, sin embargo, me induce una obturación, de modo que me obturo en el mal. Pero en el veneno mortífero de la iniquidad me quita el gozo espiritual, de modo que ni en Dios puedo alegrarme, induciéndome así la duda de la desesperación, a saber: que dudo si puedo salvarme o no. ¡Oh!, ¿qué son estos tabernáculos, que sostienen tales peligros en la decepción diabólica? Pero cuando por el don de Dios recuerdo las cosas que por Dios han sido creadas, entonces, entre estas opresiones, a estas persuasiones diabólicas respondo de este modo. No cederé a la frágil tierra, sino que ejerceré guerras fortísimas. ¿Cómo? Cuando mi tabernáculo quiera ejercer obras de injusticia, triturando la médula, la sangre y la carne en la sabiduría de la paciencia me defenderé, como el león fuerte se defiende, y como la serpiente en su cueva huyendo del golpe de la muerte se esconde. Pues ni debo recibir las flechas del diablo, ni ejercer la voluntad de la carne. ¿Cómo? Pues cuando la ira quiera cebarse en mi tabernáculo, miro hacia la bondad de Dios a quien la ira nunca tocó, y así salgo más suave que el aire que con su lenidad riega la aridez de la tierra, teniendo gozo espiritual, cuando las virtudes empiezan a mostrar en mí su vigor. Y así siento la bondad de Dios. Cuando, sin embargo, el odio intentara denigrarme, miro la misericordia y el martirio del Hijo de Dios, y así constriño mi carne recibiendo con fiel recuerdo el suave olor de las rosas que nacen de las espinas, y así reconozco a mi Redentor. Pero cuando la soberbia pretendiera poner en mí la torre de su vanidad sin el fundamento de la piedra, y erigir en mí esta altura que a nadie quiere tener por semejante, sino verse siempre más alta que los demás, ¡oh!, ¿quién me socorrerá entonces, ya que la serpiente antigua, que queriendo estar sobre todos cayó en la muerte, intenta derribarme? Entonces con dolor digo:

Ubi est rex meus et Deus meus? Quid possum boni absque Deo? Nihil. Et sic ad Deum qui mihi vitam dedit respicio, et ad beatissimam virginem illam quae superbiam antiquae speluncae contrivit curro; sic fortissimus lapis aedificii Dei effecta, rapacissimus lupus qui hamo divinitatis strangulatus est, me amodo superare non poterit. Et ita suavissimum bonum, id est humilitatem in altitudine Dei et recordatione inter omnes humilitatem beatissimae Virginis cognosco, suavitatem indeficientis balsami sentiens, et ita in dulcedine Dei gaudens velut sim in odore omnium pigmentorum; caetera etiam vitia fortissimo humilitatis dejicio.

Et deinde ego paupercula vidi quod alia quaedam sphaera ex lineamentis formae suae se contrahens: nodos ejus resolvit, et se ab eis cum gemitu extraxit, sedemque suam moerens dirupit. Et dixit: De tabernaculo meo exibo. Sed ego misera plenaque moeroris quo vadam? Per horrendas et permetuendas semitas ad judicium ubi judicabor. Opera enim quae in tabernaculo meo operata sum ostendam: et ibi remunerationem secundum merita mea recipiam. O quantus timor? o quanta angustia illic mihi erit? Cumque se hoc modo resolveret: quidam spiritus et lucidi et umbrosi venerunt qui socii conversationis ejus secundum quam in sede sua se moverat fuerunt, resolutionem ejus exspectantes, ut, postquam se solvisset, eam secum abducerent. Et audivi viventem vocem illis dicentem: secundum opera sua, de loco ad locum ducatur; et iterum audivi de coelo vocem mihi dicentem: Beata et ineffabilis trinitas se mundo manifestavit, cum Pater Unigenitum suum de Spiritu sancto conceptum et de Virgine natum misit in mundum quatenus homines multa diversitate nati, multisque peccatis obligati per eum ad viam veritatis reducerentur, ita ut ipsi a nexibus corporeae molis absoluti bona et sancta opera secum portantes: gaudia supernae haereditatis adipiscerentur. Quod ut profundius, o homo, capias et apertius dijudices: vides maximum serenissimumque splendorem velut plurimis oculis flammantem, quatuorque angulos ad quatuor partes mundi versos habentem, qui magnam in mysteriis puramque in manifestationibus scientiam Dei significat, maxima profunditate perspicuitatis radiante et acutissimas acies quadrifidae stabilitatis ad quatuor plagas orbis extendentem ubi ipsa tam illos qui abjiciuntur quam illos qui colliguntur venientes acutissime praevidet; mysterium supernae majestatis ostendens: quod in typo summae altitudinis et profunditatis tibi ut cernis demonstratur. In quo etiam alius splendor similis aurorae in se purpurei fulgoris claritatem tenens apparet; quia scientia Dei etiam hoc ostendit, quod unigenitus Patris de virgine carnem sumens, sanguinem suum in candore fidei pro salute hominum fundere dignatus est, in qua scientia Dei, boni et mali ostenduntur, quoniam ipsa nulla obscuritate ullius rei obnubilatur. Sed tu, o homo, dicis: Quid faciet homo, cum Deus praenovit omnia quae ipse facturus est? Ad quae ego:

¿Dónde está mi rey y mi Dios? ¿Qué puedo de bueno sin Dios? Nada. Y así miro de nuevo a Dios que me dio la vida, y corro a aquella beatísima Virgen que trituró la soberbia de la antigua cueva; convertida así en fortísima piedra del edificio de Dios, el lobo rapacísimo que fue estrangulado por el anzuelo de la divinidad, no podrá vencerme en adelante. Y así reconozco el bien suavísimo, esto es, la humildad en la altura de Dios y en el recuerdo entre todas de la humildad de la beatísima Virgen, sintiendo la suavidad del bálsamo indeficiente, y así gozando en la dulzura de Dios como si estuviera en el olor de todos los pigmentos; también derribo los demás vicios con la fortísima humildad.

Y después yo, pobrecilla, vi que otra cierta esfera, contrayéndose de los lineamientos de su forma, resolvió sus nodos y se extrajo de ellos con gemido, y doliéndose rompió su sede. Y dijo: Del tabernáculo mío saldré. Pero yo, miserable y llena de duelo, ¿a dónde iré? Por sendas horrendas y temibles al juicio donde seré juzgada. Pues las obras que en mi tabernáculo operé mostraré, y allí recibiré la remuneración según mis méritos. ¡Oh, cuánto temor! oh, cuánta angustia habrá allí para mí! Y cuando se resolvía de este modo, vinieron unos espíritus tanto lúcidos como sombríos que fueron compañeros de su conversación según la cual en su sede se había movido, esperando su resolución para que, después de que se hubiera soltado, la llevaran consigo. Y oí una voz viviente diciéndoles: Según sus obras, sea llevada de lugar en lugar; y otra vez oí de cielo una voz diciéndome: La bendita e inefable Trinidad se manifestó al mundo, cuando el Padre envió a su Unigénito, concebido del Espíritu Santo y nacido de la Virgen, al mundo para que los hombres nacidos en mucha diversidad y ligados por muchos pecados fueran reducidos por Él a la vía de la verdad, de modo que ellos mismos, absueltos de los nexos de la mole corpórea, llevando consigo obras buenas y santas, alcanzaran los gozos de la herencia superna. Lo cual para que más profundamente, oh hombre, captes y más abiertamente juzgues: ves un máximo y serenísimo esplendor como llameante con muchísimos ojos, y que tiene cuatro ángulos vueltos a las cuatro partes del mundo, que significa la gran ciencia de Dios en los misterios y pura en las manifestaciones, radiando con máxima profundidad de perspicuidad y extendiendo agudísimas vistas de estabilidad cuadriforme a las cuatro plagas del orbe donde ella misma tanto a los que son arrojados como a los que son recogidos viniendo agudísimamente prevé, mostrando el misterio de la superna majestad: que en el tipo de la suma altura y profundidad se te demuestra como ves. En el cual también aparece otro esplendor similar a la aurora que tiene en sí la claridad del fulgor purpúreo; porque la ciencia de Dios también muestra esto, que el Unigénito del Padre tomando carne de la virgen, se dignó derramar su sangre en el candor de la fe para la salvación de los hombres, en cuya ciencia de Dios, se muestran los buenos y los malos, ya que ella no se nubla con la oscuridad de ninguna cosa. Pero tú, oh hombre, dices: ¿Qué hará el hombre, siendo que Dios preconoció todas las cosas que él ha de hacer? A lo cual yo:

Saepe quoque ut vides in oblivione mea et in irrisione diaboli commistio maris et feminae perpetratur ibi et contractio nascentium hominum invenitur: ut quoniam parentes illorum praecepta mea transgressi sunt, in ipsis filiis suis cruciati ad me in poenitentia revertantur, saepe etiam hanc mirabilem creationem pro gloria mea et sanctorum meorum in hominibus fieri permitto, ut, dum illi qui hoc modo distorti sunt per subventionem electorum meorum sanitati restituuntur, nomen meum ex hoc tanto ardentius ab hominibus glorificetur. Qui autem hac lege se constringunt, ita quod virginitatis decus appetunt; velut aurora ad coelestia secreta ascendunt, quia propter amorem Filii mei delectationes corporis sui a se abscindunt.

Sed quod vides quasi mulierem velut integram formam hominis in utero suo habentem: hoc est quia postquam femina humanum semen concepit, infans in integritate membrorum suorum in abdito cubiculo ventris ipsius formatur. Et ecce per secretam dispositionem superni Conditoris, eadem forma motum vividae motionis dat; quoniam tu in secreta et occulta jussione et voluntate Dei infans in materno utero congruo et recte divinitus disposito tempore spiritum acceperit, motu corporis sui se vivere ostendit, velut terra se aperit et flores fructus sui profert, cum ros super eam ceciderit. Ita quod velut ignea sphaera nulla lineamenta humani corporis habens, cor formae illius possidet, quia anima in igne profundae scientiae ardens, diversas res in circuitu suae comprehensionis discernit; nec formam humanorum membrorum habens: quoniam ipsa nec corporea, nec caduca quemadmodum corpus hominis est, cor hominis confortat: quod quasi fundamentum corporis existens totum corpus regit et velut firmamentum coeli inferiora continet et superiora tegit, et etiam cerebrum hominis tangit, quia in viribus non solum terrena, sed etiam coelestia sapit, cum Deum sapienter cognoscit, ac se per omnia membra hominis transfundit, quoniam vigorem medullarum ac venarum et omnium membrorum toto corpori tribuit, veluti arbor ex sua radice succum et viriditatem omnibus ramis impartit.

Sed deinde forma illa hominis de utero mulieris hoc modo vivificata egrediens secundum motus quos ipsa sphaera in eadam forma hominis habet, secundum illos etiam et colorem suum mutat; quia postquam homo in materno utero vitalem spiritum acceperit et ita natus fuerit, et motus operationis suae dederit secundum opera illa quae anima cum corpore operatur, secundum haec etiam et merita ipsius existunt quoniam de bonis claritatem et de malis tenebrositatem sibi induit.

A menudo también, como ves, en Mi olvido y en la irrisión del diablo, se perpetra allí la conmixtión de varón y hembra, y allí se encuentra la contracción de los humanos nacientes: para que, ya que sus padres transgredieron Mis preceptos, torturados en sus propios hijos vuelvan a Mí en penitencia; a menudo también permito que esta admirable creación se haga en los hombres para Mi gloria y la de Mis santos, de modo que, mientras aquellos que están distorsionados de este modo son restituidos a la salud por la subvención de Mis electos, Mi nombre sea glorificado por los hombres tanto más ardientemente por esto. Pero quienes se obligan por esta ley, de tal modo que apetecen el decoro de la virginidad; como la aurora ascienden a los secretos celestiales, porque por el amor de Mi Hijo cortan de sí las delectaciones de su cuerpo.

Pero lo que ves como una mujer que tiene como una forma íntegra de hombre en su útero: esto es porque después de que la hembra ha concebido la semilla humana, el infante se forma en la integridad de sus miembros en la cámara oculta de su vientre. Y he aquí que, por la secreta disposición del Superno Creador, esa misma forma da el movimiento de vívida moción; ya que tú [sabes] que, en la secreta y oculta orden y voluntad de Dios, el infante en el útero materno recibe el espíritu en el tiempo congruo y rectamente dispuesto divinamente, y por el movimiento de su cuerpo muestra que vive, tal como la tierra se abre y profiere las flores de su fruto cuando el rocío ha caído sobre ella. De modo que, como una esfera ígnea que no tiene lineamientos de cuerpo humano, posee el corazón de esa forma, porque el alma, ardiendo en el fuego de la profunda ciencia, discierne diversas cosas en el circuito de su comprensión; y no teniendo forma de miembros humanos: ya que ella, no siendo ni corpórea ni caduca como es el cuerpo del hombre, conforta el corazón del hombre: el cual, existiendo como fundamento del cuerpo, rige todo el cuerpo y, como el firmamento del cielo, contiene las cosas inferiores y cubre las superiores, y también toca el cerebro del hombre, porque en sus fuerzas no solo sabe de lo terreno, sino también de lo celestial, cuando conoce sabiamente a Dios, y se transfundre por todos los miembros del hombre, ya que tributa el vigor de las médulas, de las venas y de todos los miembros a todo el cuerpo, tal como el árbol imparte desde su raíz el jugo y el verdor a todas sus ramas.

Pero después, esa forma de hombre saliendo del útero de la mujer vivificada de este modo, según los movimientos que esa esfera tiene en la misma forma de hombre, según ellos también cambia su color; porque después de que el hombre ha recibido el espíritu vital en el útero materno y así ha nacido, y ha dado los movimientos de su operación según aquellas obras que el alma opera con el cuerpo, según estas también existen sus méritos, ya que de las buenas se induce claridad y de las malas tinieblas para sí.

Ipsa quoque secundum vires corporis, vires suas ostendit, ita quod in infantia hominis simplicitatem profert, et in juventute fortitudinem; at in plena aetate cum omnes venae hominis plenae sunt, fortissimas vires suas in sapientia declarat, sicut etiam arbor in primo germine tenera existens ac deinde fructum in se ostendens, tandem cum plenitudine utilitatis educit; sed et postea in senectute hominis cum medulla et venae ipsius jam ad debilitatem se incurvare coeperint, anima leviores vires velut in taedio scientiae hominis ostendit: quemadmodum et succus arboris cum jam hiemale tempus instat, se in ramis et foliis suis contrahit, et ut eadem arbor in senectute sua jam incurvari incipit.

Homo autem tres semitas in se habet. Quid hoc? Animam, corpus et sensus; in his vita hominis exercetur. Quomodo? Anima corpus vivificat et sensus spirat; corpus autem animam sibi attrahit et sensus aperit: sensus vero animam tangunt et corpus alliciunt. Anima enim corpori vitam praebet, velut ignis lumen tenebris infundit: duas principales vires scilicet intellectum et voluntatem velut duo brachia habens, non quod anima brachia ad se movendum habeat, sed quod in his viribus se manifestat, velut sol per splendorem suum se declarat.

Unde, o homo, quem non gravat sarcina medullarum, in scientia Scripturarum attende. Intellectus ita fixus est animae, velut brachium corpori. Nam ut brachium cui manum cum digitis adjuncta est a corpore extenditur, ita etiam intellectus cum operatione caeterarum virium animae cum quibus quaeque opera hominis intelligit, ex anima certissime prodiens; ipse enim prae aliis viribus animae quidquid in operibus hominum est sive bonum, sive malum sit intelligit; ita quod per eum velut per magistrum omnia intelliguntur, quoniam ipsa anima hoc modo omnia discutit, sicut et triticum ab omni contrarietate expurgatur; perquirens utrum utilia an inutilia, utrum amabilia an odibilia sunt, vel utrum ad vitam an ad mortem pertineant. Unde sicut esca sine sale insulsa est, sic etiam caeterae vires animae sine intellectu insipidae et non discernentes sunt. Sed et ipse in anima ut scapula in corpore, medulla in cerebro caeterarum virium animae existens et velut humerus corporis fortis, divinitatem etiam et humanitatem in Deo intelligens quaedam inflexio brachii est, ita quoque rectam fidem in opere suo habens: quod etiam inflexio manus est, cum qua tunc diversa opera in discretione quasi cum digitis discernit; ipse autem non operatur ut caeterae vires animae. Quid hoc?

Ella también, según las fuerzas del cuerpo, muestra sus propias fuerzas, de tal modo que en la infancia del hombre profiere sencillez, y en la juventud fortaleza; pero en la edad plena, cuando todas las venas del hombre están llenas, declara sus fuerzas más poderosas en la sabiduría, así como también el árbol, siendo tierno en su primer brote y luego mostrando fruto en sí, finalmente lo produce con plenitud de utilidad; pero también después, en la senectud del hombre, cuando la médula y sus venas han comenzado ya a inclinarse hacia la debilidad, el alma muestra fuerzas más leves, como en el tedio de la ciencia del hombre: a la manera en que también el jugo del árbol, cuando ya insta el tiempo invernal, se contrae en sus ramas y hojas, y como ese mismo árbol en su senectud comienza ya a inclinarse.

Pero el hombre tiene tres sendas en sí. ¿Qué es esto? El alma, el cuerpo y los sentidos; en estos se ejercita la vida del hombre. ¿Cómo? El alma vivifica el cuerpo e inspira los sentidos; el cuerpo, en cambio, atrae hacia sí el alma y abre los sentidos; pero los sentidos tocan el alma y atraen al cuerpo. Pues el alma presta vida al cuerpo, como el fuego infunde luz en las tinieblas: teniendo dos fuerzas principales, a saber, el intelecto y la voluntad, como dos brazos; no porque el alma tenga brazos para moverse a sí misma, sino porque en estas fuerzas se manifiesta, como el sol se declara por su esplendor.

Por lo cual, oh hombre a quien no grava la carga de las médulas, atiende en la ciencia de las Escrituras. El intelecto está tan fijado al alma como el brazo al cuerpo. Pues como el brazo, al cual está adjunta la mano con los dedos, se extiende desde el cuerpo, así también el intelecto, con la operación de las otras fuerzas del alma con las que entiende cada obra del hombre, procede certísimamente del alma; pues él mismo, sobre las otras fuerzas del alma, entiende cualquier cosa que hay en las obras de los hombres, sea buena o sea mala; de tal modo que por él, como por un maestro, se entienden todas las cosas, ya que el alma misma de este modo lo discute todo, tal como el trigo es purgado de toda contrariedad; inquiriendo si son útiles o inútiles, si amables u odiables, o si pertenecen a la vida o a la muerte. Por lo cual, así como el alimento sin sal es insulso, así también las otras fuerzas del alma sin el intelecto son insípidas y no discernientes. Pero él mismo está en el alma como la escápula en el cuerpo, siendo la médula en el cerebro de las otras fuerzas del alma y como el hombro fuerte del cuerpo, entendiendo también la divinidad y la humanidad en Dios es una cierta inflexión del brazo; así también teniendo la fe recta en su obra: que es también la inflexión de la mano, con la cual entonces discierne diversas obras en la discreción como con los dedos; pero él mismo no opera como las otras fuerzas del alma. ¿Qué es esto?

Voluntas enim opus calefacit et animus illud suscipit et ratio producit, intellectus autem opus intelligit bonum et malum ostendens, velut angeli intellectum habent bonum diligentes et malum odientes. Et ut corpus habet cor, ita et anima intellectum, qui etiam in illa parte animae vim suam exercet, sicut et voluntas in altera. Quomodo? Voluntas enim magnam vim animae habet. Anima stat in angulo domus, id est in firmamento cordis velut aliquis homo in aliquo angulo domus suae ut totam domum perspiciens, omnia instrumenta domus regat, dextrum brachium levans signando et ostendendo quaeque utilia domus suae et se ad orientem vertens. Sic et anima facit per plateas totius corporis, ad ortum solis respiciens; ipsa enim voluntatem quasi dextrum brachium ponit in firmamentum venarum et medullarum ac in commotionem totius corporis, quoniam voluntas quodcunque opus sive bonum sive malum sit operatur. Nam voluntas est velut ignis unumquodque opus quasi in fornace coquens. Panis enim ad hoc coquitur ut homines exinde pasti confortentur, quatenus vivere possint. Sic et voluntas totius operis fortitudo est, quia ipsa in deceptione molit et in robore fermentum imponit, ac in duritia tundit; et ita opus suum velut panem in consideratione parans, illud pleno opere ardoris sui in perfectione coquit, atque hoc modo majorem cibum hominibus in opere quam in pane facit; nam esca hominis interdum in eo cessat: opus autem voluntatis in eo usque ad separationem animae ipsius a corpore perdurat, et in qua magna diversitate opus sit, scilicet ab infantia, a juventute, a plena aetate, a decrepita incurvatione; in voluntate tamen incedit et in ea perfectionem suam demonstrat.

Sed voluntas habet in praecordio hominis quoddam tabernaculum videlicet animum, quem et intellectus et ipsa voluntas ac quaeque vis animae sua fortitudine afflant, et hae omnes in eodem tabernaculo calefiunt et se invicem conjungunt. Quomodo? Si ira surrexerit, fel inflatur et ita fumum in tabernaculum emittens iram perficit. Quod si turpis delectatio se erexerit, incendium libidinis in materia sua suscitatur, et petulantia illa quae ad peccatum pertinet attollitur, ac in eodem tabernaculo coadunatur. Sed aliud amabile gaudium est, quod in isto tabernaculo de Spiritu sancto incenditur; cui anima congaudens illud fideliter suscipit, et opus bonum in coelestibus desideriis perficit. Est etiam quaedam tristitia, de qua in eodem tabernaculo ex humoribus illis qui circa fel sunt, torpor nascitur: indignationem, obdurationem et contumaciam in hominibus pariens, animamque deprimens, nisi gratia Dei succurrente citius eripiatur. Sed et cum illi tabernaculo contrariae causae occurrerint: frequenter in odio et reliquis mortiferis rebus commovetur quae animam occidunt, et magnas ruinas in perditione parant.

Pues ésta es la que, dotada por el Hijo de Dios, brilla en preclaras virtudes abundando en los riachuelos de las Escrituras. Pero también la misma Sinagoga interroga así a mi siervo Isaías sobre los hijos de aquella nueva esposa con mucha admiración: *¿Quiénes son éstos que vuelan como nubes, y como palomas a sus ventanas?* (Is. LX.) Lo cual se dice: Quiénes son éstos que en sus mentes abstrayéndose de las concupiscencias terrenas y carnales: vuelan con pleno deseo y plena devoción a las cosas supernas, y con sencillez columbina sin amargura de hiel, munen los sentidos de su cuerpo y apetecen con mucho ardor de buenas virtudes el munimento de la roca firmísima, que es el Unigénito de Dios. Pues éstos son los que por causa del amor superno pisotean los reinos terrenos, y buscan las cosas celestiales. La Sinagoga, por tanto, se admiraba de la nueva esposa que es la Iglesia, ya que no se reconoció así adornada con virtudes semejantes como la vio a ella, porque la Iglesia está rodeada de presidios angélicos, para que el diablo no la desgarre y la derribe, mientras la Sinagoga, desertada por Dios, yace en los vicios.

Por lo cual la ves también negra desde el ombligo hasta los pies: que es que desde la fortaleza de su dilatación hasta la consumación de su duración, fue sucia en la prevaricación de la ley, y en la transgresión del testamento de sus padres, porque de muchos modos descuidó los preceptos divinos habiendo seguido la voluntad de su carne. Y en los pies está sanguinolenta, alrededor de sus pies sin embargo tiene una nube blanquísima y purísima, ya que en su consumación mató al profeta de los profetas, donde también ella misma habiendo resbalado se derrumbó; en la misma consumación sin embargo surgiendo en las mentes de los creyentes la fe más lúcida y más perspicaz, porque donde la Sinagoga tuvo fin, la Iglesia surgió, cuando la doctrina apostólica tras la muerte del Hijo de Dios se difundió por todo el orbe de las tierras.

Pero también aquella imagen está privada de ojos sosteniendo sus manos bajo las axilas porque la Sinagoga no miró hacia la verdadera luz, cuando tuvo en desprecio al Unigénito de Dios. Por lo cual también no proyectando de sí las obras de justicia en el tedio de la buena obra y en el torpor las cubre, y las esconde negligentemente como si no fueran. Está de pie junto al altar que está ante los ojos de Dios, pero no lo toca, ya que la ley de Dios que recibió por precepto divino e inspección divina la conoció ciertamente en la corteza, pero no la tocó interiormente, porque más bien la aborreció que la amó, descuidando ofrecer a Dios sacrificios y el incienso de devotas oraciones.

Sed in corde ipsius stat Abraham, quoniam initium circumcisionis in Synagoga ipse fuit. Et in pectore ejus Moses, quia in praecordia hominum divinam legem ille attulit, ac in ventre reliqui prophetae, id est in institutione illa quae ipsi divinitus tradita fuerat, inspectores divinorum praeceptorum. Singuli signa sua demonstrantes et pulchritudinem novae sponsae admirantes, quoniam ipsi magnalia prophetiae suae in mirabilibus signis ostenderunt, et speciositatem generositatis Ecclesiae in multa admiratione attenderunt.

Ipsa vero tantae magnitudinis apparet velut alicujus civitatis altissima turris, quia magnitudinem divinorum praeceptorum suscipiens, munitionem et defensionem nobilis et electae civitatis pronuntiavit habens in capite suo quasi circulum similem aurorae, quia Ecclesia in ortu suo miraculum incarnationis Unigeniti Dei demonstravit, et claras virtutes ac mysteria quae sequuntur ostendit; nam ipsa velut primo mane coronata fuit, cum divina praecepta accepit, designans Adam, qui primum jussionem Dei percepit, sed postea in transgressione sua in mortem cecidit. Sic et Judaei fecerunt, qui divinam legem primitus susceperunt, sed deinde Filium Dei in incredulitate sua abjecerunt. Sed et sicut homo per mortem Unigeniti Dei circa novissimum tempus de perditione mortis ereptus est, ita et Synagoga ante novissimum diem per divinam clementiam excitata incredulitatem deseret, et ad cognitionem Dei veraciter perveniet.

Quid hoc? Nonne aurora ante solem ascendit? Sed aurora recedit et claritas solis permanet. Quid hoc? Vetus Testamentum recessit, et veritas Evangelii permanet, quia quae antiqui in legalibus observationibus carnaliter observabant, haec novus populus in Novo Testamento spiritualiter exercet, quoniam quod illi in carne ostenderunt, hoc isti in spiritu perficiunt. Nam circumcisio non periit, quia in baptismum translata est, ut enim illi in uno membro signati sunt, sic et isti in omnibus membris suis. Unde antiqua praecepta non perierunt, quia in meliorem statum translata sunt. Etiam in novissimo tempore Synagoga ad Ecclesiam se fideliter transferet.

Nam, o Synagoga, cum in multis iniquitatibus errares ita quod cum Baal et cum caeteris his similibus te pollueres, consuetudinem legis turpissimis moribus scindens, et nuda in peccatis tuis jacens: feci quod Ezechiel servus meus loquitur, dicens: Expandi amictum meum super te, et operui ignominiam tuam, et juravi tibi et inii pactum tecum (Ezech. XVI).

Pero en su corazón está de pie Abraham, ya que el inicio de la circuncisión en la Sinagoga fue él mismo. Y en su pecho Moisés, porque él llevó a los corazones de los hombres la ley divina, y en el vientre los demás profetas, esto es en aquella institución que les había sido entregada divinamente, los inspectores de los preceptos divinos. Cada uno demostrando sus signos y admirando la hermosura de la nueva esposa, ya que ellos mismos mostraron las maravillas de su profecía en signos admirables, y atendieron a la hermosura de la generosidad de la Iglesia con mucha admiración.

Ésta en verdad aparece de tanta magnitud como la torre más alta de alguna ciudad, porque recibiendo la magnitud de los preceptos divinos, pronunció el munimento y defensa de una noble y electa ciudad teniendo en su cabeza como un círculo semejante a la aurora, porque la Iglesia en su surgimiento demostró el milagro de la encarnación del Unigénito de Dios, y mostró las claras virtudes y misterios que siguen; pues ella misma fue como coronada en la primera mañana, cuando recibió los preceptos divinos, designando a Adán, quien primero percibió el mandato de Dios, pero después en su transgresión cayó en la muerte. Así también hicieron los judíos, quienes primero recibieron la ley divina, pero luego arrojaron al Hijo de Dios en su incredulidad. Pero también tal como el hombre por la muerte del Unigénito de Dios hacia el tiempo novísimo fue arrebatado de la perdición de la muerte, así también la Sinagoga antes del día novísimo excitada por la divina clemencia desertará de la incredulidad, y llegará verazmente al conocimiento de Dios.

¿Qué es esto? ¿No asciende la aurora antes del sol? Pero la aurora retrocede y la claridad del sol permanece. ¿Qué es esto? El Antiguo Testamento ha retrocedido, y la verdad del Evangelio permanece, porque aquellas cosas que los antiguos observaban carnalmente en las observaciones legales, estas el nuevo pueblo las ejercita espiritualmente en el Nuevo Testamento, ya que lo que ellos mostraron en la carne, estos lo perfeccionan en el espíritu. Pues la circuncisión no pereció, porque fue trasladada al bautismo, pues así como ellos fueron signados en un miembro, así también estos en todos sus miembros. Por lo cual los antiguos preceptos no perecieron, porque fueron trasladados a un estado mejor. También en el tiempo novísimo la Sinagoga se trasladará fielmente a la Iglesia.

Pues, oh Sinagoga, cuando errabas en muchas iniquidades de modo que te polucionabas con Baal y con los demás semejantes a estos, rasgando la costumbre de la ley por costumbres torpísimas, y yaciendo desnuda en tus pecados: hice lo que Ezequiel mi siervo habla, diciendo: *Extendí mi manto sobre ti, y cubrí tu ignominia, y te juré e inicié un pacto contigo* (Ez. XVI).

Quod dicitur: Ego Filius Altissimi in voluntate Patris mei extendi incarnationem meam, o Synagoga, super te, id est pro salute tua, auferens peccata tua, quae in multis oblivionibus operata es, et firmavi tibi remedium salvationis, ita quod itinera foederis mei ad salutem tuam manifestavi, cum veram fidem per apostolicam doctrinam tibi aperui, quatenus praecepta mea observares veluti mulier potestati mariti sui subjacere debet. Nam asperitatem exterioris legis a te abstuli, et suavitatem spiritualis doctrinae tibi dedi ac omnia mysteria mea in spiritualibus doctrinis per memetipsum tibi ostendi, sed tu me justum deseruisti, et diabolo te conjunxisti.

Sed tu, o homo, intellige: ut Samsonem uxor ipsius deseruit, ita quod lumine suo privatus est, sic et Synagoga Filium Dei deseruit, cum eum obdurata sprevit, et cum doctrinam illius abjecit. Sed postquam capilli ejus jam renati sunt, ita quod Ecclesia Dei confortata est, Filius Dei in fortitudine sua Synagogam dejecit, et natos illius exhaereditavit, cum etiam per gentiles Deum ignorantes zelo Dei contriti sunt; ipsa enim multis erroribus totius confusionis et schismatis se subjecerat, et in praevaricationibus totius iniquitatis se polluerat.

Sed etiam quemadmodum David uxorem suam quam sibi primitus desponsaverat et quae cum alio viro se polluerat, tandem revocavit, ita etiam et Filius Dei Synagogam (quae sibi primum in incarnatione sua conjuncta fuit, sed gratiam baptismi deserens diabolum secuta est) tandem circa novissimum tempus recipiet, ubi ipsa errores infidelitatis suae deserens ad lumen veritatis redibit. Nam diabolus Synagogam in caecitate illius rapuit, et eam infidelitati in multis erroribus tradidit, nec hoc usque ad filium perditionis facere cessabit. Qui dum in exaltatione superbiae suae ceciderit sicut Saul in monte Gelboe interfectus periit, qui David de terra sua fugaverat, ut filius iniquitatis Filium meum in electis suis expellere tentabit, tunc Filius meus, Antichristo dejecto, Synagogam ad veram fidem revocabit quemadmodum et David primam uxorem suam post mortem Saulis recepit: cum enim novissimo tempore homines illum per quem decepti fuerant victum viderint, ad viam salutis cum multa festinatione recurrent. Non autem decuit ut veritas Evangelii umbram legis praenuntiaret, quoniam decet ut carnalia praecurrant et spiritualia subsequantur, quia etiam servus dominum suum venturum praedicit et non dominus servum in servitio praecurrit; ita et Synagoga in umbra significationis praecurrit, et Ecclesia in lumine veritatis subsecuta est. Unde quicunque scientiam in Spiritu sancto et pennas in fide habet, iste admonitionem meam non transgrediatur, sed eam in gustu animae suae amplectendo percipiat.

VISIO SEXTA.

Lo cual se dice: Yo el Hijo del Altísimo en la voluntad de mi Padre extendí mi encarnación, oh Sinagoga, sobre ti, esto es para tu salvación, quitando tus pecados, que en muchos olvidos operaste, y afirmé para ti el remedio de la salvación, de modo que manifesté los caminos de mi alianza para tu salvación, cuando te abrí la verdadera fe por la doctrina apostólica, a fin de que observaras mis preceptos tal como la mujer debe estar sujeta a la potestad de su marido. Pues quité de ti la aspereza de la ley exterior, y te di la suavidad de la doctrina espiritual y te mostré todos mis misterios en doctrinas espirituales por mí mismo, pero tú me desertaste a mí el justo, y te conyugaste al diablo.

Pero tú, oh hombre, entiende: tal como a Sansón su mujer lo desertó, de modo que fue privado de su luz, así también la Sinagoga desertó al Hijo de Dios, cuando endurecida lo despreció, y cuando arrojó su doctrina. Pero después de que sus cabellos ya han renacido, de modo que la Iglesia de Dios ha sido confortada, el Hijo de Dios en su fortaleza derribó a la Sinagoga, y desheredó a los hijos de ella, cuando también por las gentes que ignoran a Dios fueron contritos por el celo de Dios; pues ella se había sujetado a muchos errores de toda confusión y cisma, y se había polucionado en las prevaricaciones de toda iniquidad.

Pero también tal como David finalmente revocó a su mujer a quien primero se había desposado y que se había polucionado con otro hombre, así también el Hijo de Dios finalmente recibirá a la Sinagoga (que primero le fue conyugada en su encarnación, pero desertando la gracia del bautismo siguió al diablo) hacia el tiempo novísimo, donde ella desertando los errores de su infidelidad volverá a la luz de la verdad. Pues el diablo arrebató a la Sinagoga en su ceguera, y la entregó a la infidelidad en muchos errores, ni cesará de hacer esto hasta el hijo de la perdición. Quien mientras caiga en la exaltación de su soberbia tal como Saúl muerto en el monte Gelboé pereció, que había ahuyentado a David de su tierra, como el hijo de la iniquidad intentará expulsar a mi Hijo en sus electos, entonces mi Hijo, derribado el Anticristo, revocará a la Sinagoga a la verdadera fe tal como también David recibió a su primera mujer tras la muerte de Saúl: pues cuando en el tiempo novísimo los hombres vean vencido a aquel por quien habían sido decepcionados, recurrirán al camino de la salvación con mucha prisa. No obstante no convino que la verdad del Evangelio preanunciara la sombra de la ley, ya que conviene que las cosas carnales precedan y las espirituales subsigan, porque también el siervo predice que su señor ha de venir y no el señor precede al siervo en el servicio; así también la Sinagoga precede en la sombra de la significación, y la Iglesia ha subsiguiente en la luz de la verdad. Por lo cual quienquiera que tenga ciencia en el Espíritu Santo y alas en la fe, no transgreda esta mi amonestación, sino que la perciba abrazándola en el gusto de su alma.

LA SEXTA VISIÓN.

SUMMARIUM.---Quod Deus creaturam suam mirabiliter condidit et disposuit. De habitu angelorum et ejus significatione. De habitu archangelorum et ejus significatione. De habitu virtutum et ejus significatione. De habitu potestatum et ejus significatione. De habitu principatuum et ejus significatione. De habitu dominationum et ejus significatione. De habitu thronorum et ejus significatione. De habitu cherubim et ejus significatione. De habitu seraphim et ejus significatione. Quod hae omnes acies mirabilibus vocibus miraracula illa resonant quae Deus in beatis animabus operatur. Psalmista de eadem re.

Deinde vidi in altitudine coelestium secretorum duas acies supernorum spirituum multa claritate fulgentes, et qui in prima acie erant velut pennas in pectoribus suis habebant et facies ut facies hominum prae se ferebant, in quibus et vultus hominum quasi in pura aqua apparebant, et qui in altera acie fuerunt etiam in pectoribus suis quasi pennas habuerunt et facies ut facies hominum in se ostenderunt, in quibus etiam imago Filii hominis quasi in speculo fulgebat. Sed neque in his nec in illis aliam formam discernere potui. Hae autem acies alias quinque acies secundum modum coronae circumcinxerant. Et qui in harum quinque prima acie fuerunt, quasi facies hominum habebant ab humero et deorsum magno splendore fulgentes. Qui in secunda erant, tantae claritatis exstiterunt, quod eos intueri non poteram. Qui in tertia ut album marmor apparuerunt, et capita ut capita hominum habuerunt; super quae ardentes faculae visae sunt, et ab humero et deorsum velut ferrea nube circumdati fuerunt. Qui in quarta facies ut facies hominum et pedes ut pedes hominum habentes, in capitibus suis galeas gestabant, marmoreis tunicis induti. Qui denique in quinta erant: nullam formam hominum in se ostendentes, velut aurora rubebant. Nullam autem aliam formam in eis conspiciebam.

Sed et acies istae alias duas etiam in modum coronae circumdederant. Qui autem in prima acie illarum erant, oculis et pennis pleni videbantur, et in unoquoque oculo speculum et in ipso speculo facies hominis apparuit, et pennas suas ad supernam altitudinem elevarant. Et qui in secunda fuerunt, quasi ignis ardebant, plurimasque pennas habentes in quibus quasi in speculo omnes ordines ecclesiasticae institutionis insignitos demonstrabant. Sed aliam formam nec in his nec in illis vidi. Et hae acies omnes in omni genere musicalium organorum mirificis vocibus mirabilia illa resonabant, quae Deus in beatis animabus operatur, per quae Deum magnifice glorificabant.

SUMARIO.---Que Dios maravillosamente creó y dispuso su criatura. Sobre el hábito de los ángeles y su significación. Sobre el hábito de los arcángeles y su significación. Sobre el hábito de las virtudes y su significación. Sobre el hábito de las potestades y su significación. Sobre el hábito de los principados y su significación. Sobre el hábito de las dominaciones y su significación. Sobre el hábito de los tronos y su significación. Sobre el hábito de los querubines y su significación. Sobre el hábito de los serafines y su significación. Que todas estas huestes con voces maravillosas resuenan aquellas maravillas que Dios obra en las almas bienaventuradas. El Salmista sobre el mismo asunto.

Luego vi en la altura de los secretos celestiales dos huestes de espíritus supernos que brillaban con mucha claridad, y los que estaban en la primera hueste tenían como alas en sus pechos y presentaban rostros como rostros de hombres, en los cuales también aparecían semblantes de hombres como en agua pura, y los que estaban en la otra hueste también tuvieron como alas en sus pechos y mostraron en sí rostros como rostros de hombres, en los cuales también la imagen del Hijo del hombre brillaba como en un espejo. Pero ni en estos ni en aquellos pude discernir otra forma. Estas huestes, sin embargo, habían rodeado a otras cinco huestes según el modo de una corona. Y los que estuvieron en la primera de estas cinco huestes, tenían como rostros de hombres desde el hombro y hacia abajo brillando con gran esplendor. Los que estaban en la segunda fueron de tanta claridad, que no podía mirarlos. Los que en la tercera aparecieron como mármol blanco, y tuvieron cabezas como cabezas de hombres; sobre las cuales se vieron hachas ardientes, y desde el hombro y hacia abajo estuvieron rodeados como por una nube de hierro. Los que en la cuarta teniendo rostros como rostros de hombres y pies como pies de hombres, llevaban yelmos en sus cabezas, vestidos con túnicas de mármol. Los que finalmente estaban en la quinta: no mostrando ninguna forma de hombres en sí, estaban rojos como la aurora. Ninguna otra forma, sin embargo, contemplaba en ellos.

Pero también estas huestes habían rodeado a otras dos también en modo de corona. Los que estaban en la primera hueste de ellas, se veían llenos de ojos y de alas, y en cada ojo aparecía un espejo y en el espejo mismo el rostro de un hombre, y habían elevado sus alas a la altura superna. Y los que estuvieron en la segunda, ardían como fuego, teniendo muchísimas alas en las cuales como en un espejo demostraban todos los órdenes de la institución eclesiástica señalados. Pero otra forma ni en estos ni en aquellos vi. Y todas estas huestes en todo género de órganos musicales con voces admirables resonaban aquellas maravillas que Dios obra en las almas bienaventuradas, por las cuales glorificaban a Dios magníficamente.

Et audivi de coelo vocem mihi dicentem: Omnipotens et ineffabilis Deus qui ante saecula fuit, nec initium habuit nec post finem saeculorum esse desinet omnem creaturam mirabili modo sua voluntate condidit, eamque mirabili modo sua voluntate disposuit. Quomodo? Quasdam creaturas terrenis haerere, quasdam vero in coelestibus esse deputavit. Ipse quoque beatos angelicos spiritus tam ad salutem hominum quam ad honorem nominis sui disposuit. Quomodo? Nam quosdam ita constituit, ut necessitatibus hominum subveniant, quosdam vero, ut judicia secretorum suorum per eos hominibus manifestentur. Quapropter vides in altitudine coelestium secretorum duas acies supernorum spirituum multa claritate fulgentes, quia ut tibi monstratur in altitudine illorum occultorum quae carnalis obtutus non penetrat, sed quae visus interioris hominis attendit, haec duo agmina corpus et animam hominis, Deo famulari debere designant ubi ipsa cum supernis civibus claritatem aeternae beatitudinis habent.

Et qui in prima acie sunt velut pennas in pectoribus suis habent, et facies ut facies hominum in se praetendunt, in quibus et vultus hominum quasi in pura aqua apparent; isti angeli sunt desideria profunditatis intellectus sui quasi pennas expandentes; non quod pennas ut aves habeant, sed quod voluntatem Dei in desideriis suis velociter perficiant, velut homo in cogitationibus suis celeriter volat: ita quod et per facies suas pulchritudinem rationalitatis in se manifestant, ubi etiam Deus opera hominum perspicue perscrutatur, quia ut servus verba domini sui audiens, ea secundum voluntatem illius perficit; ita et ipsi voluntatem Dei in hominibus attendunt et actus eorum illi in semetipso ostendunt.

Unde et qui in acie alia sunt etiam in pectoribus suis quasi pennas habent, et facies ut facies hominum in se ostendunt, in quibus etiam imago Filii hominis velut in speculo fulget: archangeli sunt etiam in desideriis intellectus sui voluntatem Dei contemplantes et decorem rationalitatis in se manifestantes incarnatum Verbum Dei purissime magnificant, quia ipsi, arcana Dei cognoscentes, mysteria incarnationis Filii Dei signis suis frequenter praeinsinuabant. Sed nec in his nec in illis aliam formam discernere potes, quoniam et in angelis et in archangelis multa secreta mysteriorum sunt quae humanus intellectus mortali corpore gravatus, capere non valet.

Y oí del cielo una voz diciéndome: El Dios omnipotente e inefable que fue antes de los siglos, ni tuvo principio ni tras el fin de los siglos dejará de ser, creó toda criatura de modo admirable por su voluntad, y la dispuso de modo admirable por su voluntad. ¿Cómo? A algunas criaturas las diputó para adherirse a las cosas terrenas, a algunas en verdad para estar en las celestiales. Él también dispuso a los bienaventurados espíritus angélicos tanto para la salvación de los hombres como para el honor de su nombre. ¿Cómo? Pues a algunos los constituyó de tal modo que subvengan a las necesidades de los hombres, a algunos en verdad para que los juicios de sus secretos sean manifestados a los hombres por medio de ellos. Por lo cual ves en la altura de los secretos celestiales dos huestes de espíritus supernos que brillan con mucha claridad, porque como se te muestra en la altura de aquellos secretos que la mirada carnal no penetra, sino que atiende la visión del hombre interior, estas dos columnas designan que el cuerpo y el alma del hombre deben servir a Dios donde ellos mismos tienen con los ciudadanos supernos la claridad de la eterna bienaventuranza.

Y los que están en la primera hueste tienen como alas en sus pechos, y presentan rostros como rostros de hombres, en los cuales también los semblantes de los hombres aparecen como en agua pura; estos ángeles expanden los deseos de la profundidad de su intelecto como alas; no porque tengan alas como las aves, sino porque realizan velozmente la voluntad de Dios en sus deseos, tal como el hombre vuela velozmente en sus pensamientos: de modo que también por sus rostros manifiestan la hermosura de la racionalidad en sí mismos, donde también Dios escudriña perspicuamente las obras de los hombres, porque como el siervo que oye las palabras de su señor, las realiza según la voluntad de aquél; así también ellos atienden a la voluntad de Dios en los hombres y le muestran los actos de ellos en sí mismo.

Por lo cual también los que están en la otra hueste también tienen como alas en sus pechos, y muestran rostros como rostros de hombres en sí mismos, en los cuales también la imagen del Hijo del hombre brilla como en un espejo: son arcángeles que también en los deseos de su intelecto contemplan la voluntad de Dios y, manifestando el decoro de la racionalidad en sí mismos, magnifican purísimamente al Verbo encarnado de Dios, porque ellos mismos, conociendo los arcanos de Dios, preinsinuaban frecuentemente los misterios de la encarnación del Hijo de Dios con sus signos. Pero ni en estos ni en aquéllos puedes discernir otra forma, ya que tanto en los ángeles como en los arcángeles hay muchos secretos de misterios que el intelecto humano, gravado por el cuerpo mortal, no es capaz de captar.

Quod autem hae acies alias quinque acies secundum modum coronae cingunt: hoc est quod corpus et anima hominis quinque sensus hominis virtute fortitudinis suae comprehendentes, per quinque vulnera Filii mei emundatos, ad rectitudinem interiorum mandatorum dirigere debent. Unde qui in prima acie harum sunt, quasi facies hominum habent, ab humero et deorsum magno splendore fulgentes; quae virtutes sunt in corda credentium ascendentes et in ardente charitate excelsam turrim in eis aedificantes, quae opera ipsorum sunt. Ita quod in rationalitate sua opera electorum hominum ostendunt, et in fortitudine sua ad bonum finem multo fulgore beatitudinis ipsos perducunt.

Quomodo? Scilicet cum electi claritatem interioris sensus habentes, omnes nequitias malorum suorum abjiciunt propter illuminationem illam qua in istis virtutibus in mea voluntate illuminati sunt, et fortiter adversus diabolicas insidias pugnant, et certamina illa quae illi hoc modo contra diabolicam turbam exercent virtutes istae mihi Creatori suo incessanter ostendunt. Nam homines certamina confessionis et abnegationis in se habent. Quomodo? Quia iste me confitetur et ille me abnegat. Sed in hoc certamine talis interrogatio est: Est Deus an non?

Tunc interrogatio ista tale responsum Spiritus sancti in homine habet: Deus est qui te creavit, sed et qui te redemit. Et quandiu interrogationis responsum hoc in homine est, virtus Dei illi non deerit, quia huic interrogationi et responso poenitentia adhaeret. Ubi autem interrogationis haec in homine non est, ibi nec hoc responsum Spiritus sancti est, quoniam homo iste donum Dei a se expellit, et sine interrogatione poenitentiae semetipsum in mortem praecipitat. Certamina vero istorum bellorum virtutes Deo offerunt; quia ipsi tale sigillum coram Deo sunt, per quod demonstratur qua intentione Deus, colatur vel abnegetur.

Qui autem secunda acie sunt, tantae claritatis existunt, quod eos intueri non potes; qui potestates sunt designantes quoniam serenitatem et pulchritudinem potestatis Dei, nulla imbecillitas mortalitatis apprehendere poterit, nec se ipsi similem facere, quia potestas Dei indeficiens est.

Sed qui in tertia acie sunt, ut album marmor apparent et capita hominum habent, super quae faculae ardentes videntur, et ab humero et deorsum velut ferrea nube circumdati sunt;

Que, sin embargo, estas huestes rodeen a otras cinco huestes según el modo de corona: esto es que el cuerpo y el alma del hombre, comprendiendo los cinco sentidos del hombre por la virtud de su fortaleza, purificados por las cinco llagas de mi Hijo, deben dirigirlos a la rectitud de los mandatos interiores. Por lo cual los que están en la primera hueste de éstas, tienen como rostros de hombres, desde el hombro y hacia abajo brillando con gran esplendor; las cuales son virtudes que ascienden a los corazones de los creyentes y en ardiente caridad edifican una excelsa torre en ellos, que son sus obras. De modo que en su racionalidad muestran las obras de los hombres electos, y en su fortaleza los conducen a un buen fin con mucho fulgor de bienaventuranza.

¿Cómo? A saber, cuando los electos, teniendo la claridad del sentido interior, arrojan todas las iniquidades de sus males por causa de aquella iluminación con la que son iluminados en estas virtudes en mi voluntad, y luchan fuertemente contra las insidias diabólicas, y aquellos certámenes que ellos de este modo ejercen contra la turba diabólica, estas virtudes los muestran incesantemente a mí su Creador. Pues los hombres tienen en sí certámenes de confesión y de abnegación. ¿Cómo? Porque éste me confiesa y aquél me niega. Pero en este certamen hay tal interrogación: ¿Existe Dios o no?

Entonces esta interrogación tiene tal respuesta del Espíritu Santo en el hombre: Dios es quien te creó, pero también quien te redimió. Y mientras esta respuesta de la interrogación está en el hombre, la virtud de Dios no le faltará, porque a esta interrogación y respuesta se adhiere la penitencia. Donde sin embargo esta interrogación no está en el hombre, allí tampoco está esta respuesta del Espíritu Santo, ya que este hombre expulsa de sí el don de Dios, y sin la interrogación de la penitencia se precipita a sí mismo en la muerte. Las virtudes en verdad ofrecen los certámenes de estas guerras a Dios; porque ellas mismas son tal sello ante Dios, por el cual se demuestra con qué intención es Dios adorado o negado.

Los que están en la segunda hueste existen con tal claridad que no puedes contemplarlos; son las Potestades, designando que ninguna imbecilidad de la mortalidad podrá aprehender la serenidad y hermosura del poder de Dios, ni hacerse similar a Él, porque el poder de Dios es infalible.

Pero los que están en la tercera hueste aparecen como mármol blanco y tienen cabezas de hombres, sobre las cuales se ven antorchas ardientes, y desde el hombro y hacia abajo están rodeados como por una nube de hierro;

qui principatus sunt, praefigurantes quod ii qui ex dono Dei in saeculo principes hominum existunt, sinceram justitiae fortitudinem induere debent ne in diversitatem instabilitatis incidant, et caput suum qui Christus Filius Dei est inspicere ac regimina sua secundum voluntatem ipsius in necessitatem hominum dirigere super se gratiam sancti Spiritus in ardore veritatis attendentes, ita quod in fortitudine aequitatis usque ad consummationem suam firmi et stabiles perseverent.

Unde etiam qui in quarta acie sunt facies ut facies hominum et pedes ut pedes hominum habentes in capitibus suis galeas gestant marmoreis tunicis induti; qui dominationes sunt, ostendentes quia ille qui Dominus omnium est rationalitatem hominum quae in humano pulvere polluta jacuerat a terris ad coelos sublevavit, cum Filium suum ad terras transmisit, qui antiquum seductorem sua rectitudine conculcavit: ita ut fideles ipsum qui caput eorum est fideliter imitentur, spem suam ad coelestia ponentes ac forti desiderio bonorum operum se munientes.

Sed qui in quinta acie sunt nullam formam hominum in se ostendentes velut aurora rubent; qui throni sunt, demonstrantes quod divinitas ad humanitatem se inclinavit, cum Unigenitus Dei humanum corpus pro salute hominum induit, qui nulla contagia humanorum peccatorum in se habuit; quoniam ipse de Spiritu sancto conceptus, in aurora videlicet in beata Virgine carnem absque omni macula totius sordis accepit.

Sed nullam aliam formam in eis conspicis; quia plurima mysteria supernorum secretorum sunt; quae fragilitas humana non valet apprehendere.

Quod autem et acies istae alias duas in modum coronae circumdant: hoc est quod fideles illi qui quinque sensus corporis sui ad superna dirigunt, scientes quia per quinque vulnera Filii Dei redempti sunt ad dilectionem Dei et proximi sui omni nisu et circuitione mentis suae perveniunt, cum voluptatem cordis sui negligunt et spem suam in sola aeterna ponunt.

Quapropter et qui in prima acie illarum sunt, oculis et pennis pleni videntur, et in unoquoque oculo speculum et in ipso speculo facies hominis apparet et pennas suas ad supernam altitudinem elevant; qui cherubin sunt, scientiam Dei significantes, in qua ipsi mysteria supernorum secretorum videntes desideria sua secundum voluntatem Dei explent, ita quod ipsi in profunditate scientiae suae purissimam perspicuitatem habentes: in ipsa illos mirabiliter praevident, qui verum Deum cognoscentes, intentionem desideriorum cordis sui ad ipsum qui super omnes est velut pennas bonae et justae sublevationis dirigunt, magis aeterna diligentes quam caduca appetentes, secundum quod et ipsi in elevatione desideriorum suorum ostendunt.

son los Principados, prefigurando que aquellos que por don de Dios existen como príncipes de los hombres en el mundo, deben revestirse de la sincera fortaleza de la justicia para no caer en la diversidad de la inestabilidad, y mirar a su cabeza, que es Cristo el Hijo de Dios, y dirigir sus gobiernos según la voluntad de Él para la necesidad de los hombres, atendiendo sobre sí mismos la gracia del Espíritu Santo en el ardor de la verdad, de modo que perseveren firmes y estables en la fortaleza de la equidad hasta su consumación.

Por lo cual también los que están en la cuarta hueste, teniendo rostros como rostros de hombres y pies como pies de hombres, llevan yelmos en sus cabezas, vestidos con túnicas de mármol; son las Dominaciones, mostrando que Aquél que es el Señor de todos elevó desde la tierra a los cielos la racionalidad de los hombres que yacía contaminada en el polvo humano, cuando envió a su Hijo a la tierra, quien pisoteó al antiguo seductor con su rectitud: para que los fieles le imiten fielmente a Él, que es su cabeza, poniendo su esperanza en las cosas celestiales y fortaleciéndose con un fuerte deseo de buenas obras.

Pero los que están en la quinta hueste, no mostrando ninguna forma de hombres en sí mismos, enrojecen como la aurora; son los Tronos, demostrando que la divinidad se inclinó hacia la humanidad cuando el Unigénito de Dios se revistió de un cuerpo humano para la salvación de los hombres, quien no tuvo en sí ningún contagio de los pecados humanos; ya que Él, concebido del Espíritu Santo, recibió la carne sin ninguna mancha de toda suciedad en la aurora, a saber, en la bienaventurada Virgen.

Pero no distingues ninguna otra forma en ellos; porque hay muchísimos misterios de secretos supernos que la fragilidad humana no es capaz de aprehender.

Que, sin embargo, estas huestes también rodeen a otras dos huestes en modo de corona: esto es que aquellos fieles que dirigen los cinco sentidos de su cuerpo a las cosas supernas, sabiendo que han sido redimidos por las cinco llagas del Hijo de Dios, llegan al amor de Dios y de su prójimo con todo esfuerzo y circuito de su mente, cuando descuidan el placer de su corazón y ponen su esperanza solo en las cosas eternas.

Por lo cual también los que están en la primera hueste de ellas, aparecen llenos de ojos y de alas, y en cada ojo un espejo y en el mismo espejo aparece el rostro de un hombre y elevan sus alas a la altura superna; son los Querubines, significando la ciencia de Dios, en la cual ellos, viendo los misterios de los secretos supernos, cumplen sus deseos según la voluntad de Dios, de modo que ellos, teniendo la purísima perspicuidad en la profundidad de su ciencia: en ella prevén maravillosamente a aquellos que, conociendo al Dios verdadero, dirigen la intención de los deseos de su corazón hacia Aquél que está sobre todos como con alas de una buena y justa elevación, amando las cosas eternas más que apeteciendo las caducas, según lo que también ellos mismos muestran en la elevación de sus deseos.

Sed qui in altera acie sunt quasi ignis ardent plurimasque pennas habentes, in eisdem pennis quasi in speculo omnes ordines ecclesiasticae institutionis insignitos demonstrant; seraphin sunt significantes quod ut ipsi in amore Dei ardent maxima desideria visionis ejus habentes, ita etiam in desideriis suis tam saeculares quam spirituales dignitates quae in ecclesiasticis mysteriis multa cum puritate vigent, ostendunt quia secreta Dei in ipsis mirabiliter appearant, sic etiam omnes qui sinceritate puri cordis amantes supernam vitam quaerunt: ardenter Deum diligant, eumque toto desiderio amplectantur, ut ad gaudia illorum perveniant, quos tam fideliter imitantur.

Quod vero aliam formam nec in his nec in illis vides: hos est quod multa secreta in beatis spiritibus sunt, quae homini manifestanda non sunt, quoniam quandiu ipse mortalis existit, ea quae coelestia sunt perfecte discernere non poterit.

Sed hae acies omnes ut audis in omni genere musicalium sonorum mirificis modulationibus mirabilia resonant, quae Deus in beatis animabus operatur per quae Deum magnifice glorificant, quia beati spiritus in virtute Dei maxima gaudia inenarrabilibus sonis per opera mirabilium illorum in coelestibus proferunt, quae Deus in sanctis suis perficit, per quae ipsi Deum gloriosissime magnificant, ubi eam in profunditate sanctitatis exquirunt laetantes in gaudio salutis quemadmodum et David servus meus inspector supernorum secretorum testatur dicens: Vox exsultationis et salutis in tabernaculis justorum (Psal. CXVII).

Quod dicitur: Sonus laetitiae et prosperitatis illius quod caro conculcatur et spiritus erigitur, cum indeficiente salute cognoscitur in habitationibus illorum qui injustitiam abjiciunt et justitiam operantur, cum suggerente diabolo id quod malum est facere possent; sed divina inspiratione id quod bonum est perficiunt.

Quid hoc? Homo frequenter indecentem exsultationem in se ostendit: cum peccatum perfecerit quod perficere inconvenienter concupivit, sed salutem ibi non habet, quia hoc fecit quod divino praecepto contrarium fuit.

Ille autem tripudium exsultationis cum prosperitate verae salutis habebit; qui bonum quod ardenter desideravit strenue complet, mansionem illorum dum in corpore habitat amans qui viam veritatis currentes errorem mendacii declinaverunt.

Unde quicunque scientiam in Spiritu sancto, et pennas in fide habet, iste admonitionem meam non parvipendat, sed eam in gustu animae suae amplectendo percipiat. Amen.

Pero los que están en la otra hueste arden como fuego y, teniendo muchísimas alas, en las mismas alas como en un espejo muestran todos los órdenes de la institución eclesiástica señalados; son los Serafines, significando que así como ellos arden en el amor de Dios, teniendo los mayores deseos de su visión, así también en sus deseos muestran tanto las dignidades seculares como las espirituales que con mucha pureza vigulan en los misterios eclesiásticos, porque los secretos de Dios aparecen maravillosamente en ellos; así también todos los que, amando con sinceridad de corazón puro, buscan la vida superna: amen ardientemente a Dios, y abrácenlo con todo deseo, para que lleguen a los gozos de aquellos a quienes tan fielmente imitan.

Pero el que no veas otra forma ni en estos ni en aquéllos: esto es que hay muchos secretos en los espíritus bienaventurados que no deben ser manifestados al hombre, ya que mientras él exista mortal, no podrá discernir perfectamente las cosas que son celestiales.

Pero todas estas huestes, como oyes, resuenan maravillas en todo género de sonidos musicales con maravillosas modulaciones, las cuales Dios obra en las almas bienaventuradas por las cuales magnifican a Dios grandemente, porque los espíritus bienaventurados en la virtud de Dios proferen los mayores gozos con sonidos inenarrables por las obras de aquellas maravillas en los cielos, que Dios perfecciona en sus santos, por las cuales ellos magnifican a Dios gloriosísimamente, donde le buscan en la profundidad de la santidad, alegrándose en el gozo de la salvación tal como también mi siervo David, el inspector de los secretos supernos, testifica diciendo: "Voz de exultación y de salvación en los tabernáculos de los justos" (Salmo 117).

Lo cual se dice: El sonido de la alegría y de la prosperidad de aquello de que la carne es pisoteada y el espíritu es erigido, cuando se conoce con salvación infalible en las habitaciones de aquellos que arrojan la injusticia y obran la justicia, cuando por sugerencia del diablo podrían hacer lo que es malo; pero por inspiración divina perfeccionan lo que es bueno.

¿Qué es esto? El hombre frecuentemente muestra una indecente exultación en sí mismo: cuando ha perfeccionado un pecado que deseó perfeccionar inconvenientemente, pero no tiene allí la salvación, porque hizo esto que fue contrario al precepto divino.

Aquél, sin embargo, tendrá el baile de la exultación con la prosperidad de la verdadera salvación, quien completa con denuedo el bien que ardientemente deseó, amando mientras habita en el cuerpo la mansión de aquellos que, corriendo la vía de la verdad, declinaron el error de la mentira.

Por lo cual, quienquiera que tenga ciencia en el Espíritu Santo, y alas en la fe, no desprecie mi amonestación, sino percíbala abrazándola en el gusto de su alma. Amén.

LIBER SECUNDUS.

VISIO PRIMA.

SUMMARIUM.---De omnipotentia Dei. Verba Job ad eamdem rem. Quod Verbum ante et post assumptam humanitatem indivisibiliter et aeternaliter apud Patrem est. Quare Filius Dei dicitur Verbum. Quod virtute Verbi Dei omnis creatura suscita est et homo revixit in salvatione. Quod incomprehensibilis potentia Dei mundum fabricavit et diversas species eduxit. Quod creatis aliis creaturis, homo de limo terrae creatus est. Quod Adam dulci praecepto clarissimae obedientiae accepto, consiliante diabolo non obedivit. Quod Abraham, Isaac et Jacob et alii prophetae mundi tenebras significationibus suis repercusserunt. Quod praecipuus propheta Joannes miraculis coruscans Filium Dei praemonstravit. Quod Verbo Dei incarnato, illud magnum et antiquum consilium visum est. Quod homo secreta Dei non debet plus scrutari quam ipse vult manifestare. Quod Filius Dei natus in mundo morte sua diabolus superavit, et electos ad haereditatem suam reduxit. Verba Oseae de eadem re. Quod corpus Filii Dei in sepulcro per triduum jacens resurrexit, et homini via veritatis de morte ad vitam ostensa est. Quod Filius Dei a morte resurgens, discipulis suis frequenter ad corroborandum eos apparuit. Quod Filio Dei ascendente ad Patrem, sponsa ejus diversis ornamentis fundata est.

Et ego homo litteras non callens more fortium leonum, nec docta ex infusione illorum, sed manens in mollitie, fragilis costa, imbuta mystico spiramine: vidi quasi lucidissimum ignem incomprehensibilem, inexstinguibilem, totum viventem, totumque vitam existentem, in se autem flammam aerei coloris habentem, quae leni flatu ardenter flagrabat; et quae idem lucido igni ita inseparabiliter haerebat ut in homine haerent viscera. Et vidi quod illa flamma fulminans incanduit, et ecce obscurus aer et rotundus multaeque magnitudinis repente exortus est, super quem ipsa flamma quosdam ictus dedit, toties ab eo scintillam educens donec aer ad perfectum deductus est et ita coelum et terra resplenduerunt plena institutione. Deinde etiam eadem flamma in igne et ardore illo extendit se ad parvam glebam limosae terrae jacentem in fundo actis eam calefaciens, ita quod carnem et sanguinem effecit, eamque spiravit ita quod in animam viventem effecta est. Quo facto, ille lucidus ignis praebuit per eamdem flammam leni flatu ardenter flagrantem ipsi homini candidissimum florem in flamma pendentem ut ros pendet in gramine, cujus quidem odorem homo naribus sensit, sed gustu oris non libavit, nec manibus attrectavit, hoc modo se avertens atque cadens in densissimas tenebras ex quibus se erigere non valuit.

LIBRO SEGUNDO.

PRIMERA VISIÓN.

SUMARIO.—De la omnipotencia de Dios. Palabras de Job sobre el mismo asunto. Que el Verbo, antes y después de la humanidad asumida, está indivisible y eternamente junto al Padre. Por qué el Hijo de Dios es llamado el Verbo. Que por la virtud del Verbo de Dios toda criatura fue suscitada y el hombre revivió en la salvación. Que la incomprensible potencia de Dios fabricó el mundo y extrajo diversas especies. Que, creadas las otras criaturas, el hombre fue creado del limo de la tierra. Que Adán, habiendo recibido el dulce precepto de la clarísima obediencia, no obedeció por consejo del diablo. Que Abraham, Isaac y Jacob y otros profetas rechazaron las tinieblas del mundo con sus significaciones. Que el principal profeta Juan, resplandeciente por sus milagros, preanunció al Hijo de Dios. Que, encarnado el Verbo de Dios, se vio aquel gran y antiguo consejo. Que el hombre no debe escudriñar los secretos de Dios más de lo que Él mismo quiere manifestar. Que el Hijo de Dios, nacido en el mundo, superó al diablo con su muerte, y redujo a los electos a su herencia. Palabras de Oseas sobre el mismo asunto. Que el cuerpo del Hijo de Dios, yaciendo en el sepulcro por tres días, resucitó, y se mostró al hombre la vía de la verdad de la muerte a la vida. Que el Hijo de Dios, resucitando de la muerte, apareció frecuentemente a sus discípulos para corroborarlos. Que, ascendiendo el Hijo de Dios al Padre, su esposa fue fundada con diversos ornamentos.

Y yo, una humana no diestra en las letras al modo de los fuertes leones, ni instruida por la infusión de ellos, sino permaneciendo en la blandura, una costilla frágil, imbuida de un hálito místico: vi como un fuego brillantísimo, incomprensible, inextinguible, todo viviente y todo existiendo como vida, que tenía en sí una llama de color aéreo que ardía ardientemente con un soplo suave; y la cual se adhería tan inseparablemente al mismo fuego lúcido como las vísceras se adhieren en un hombre. Y vi que aquella llama fulminante se puso incandescente, y he aquí que un aire oscuro y redondo de mucha magnitud surgió de repente, sobre el cual la misma llama dio ciertos golpes, extrayendo de él una chispa tantas veces hasta que el aire fue conducido a la perfección, y así el cielo y la tierra resplandecieron llenos de institución. Después también la misma llama en aquel fuego y ardor se extendió hacia un pequeño terrón de tierra lamosa que yacía en el fondo del aire, calentándolo con sus actos, de modo que hizo carne y sangre, y lo aspiró de modo que fue hecho en alma viviente. Hecho lo cual, aquel fuego lúcido ofreció por la misma llama que ardía ardientemente con un hálito suave al hombre mismo una flor blancuquísima que colgaba en la llama como el rocío cuelga en la hierba, cuyo olor ciertamente el hombre percibió con sus narices, pero no probó con el gusto de su boca, ni tocó con sus manos, de este modo apartándose y cayendo en densísimas tinieblas de las cuales no fue capaz de erigirse.

Tenebrae autem illae in illo aere magis ac magis se dilatando creverunt. Tunc tres magnae stellae in fulgore suo sibi cohaerentes in tenebris illis apparuerunt, post quas et aliae multae tam parvae quam magnae plurimo splendore fulgentes, ac deinde quaedam maxima stella mira claritate radians et fulgorem suum ad praedictam flammam dirigens. Sed et in terra quidam fulgor velut aurora apparuit; cui superior flamma mirabiliter infusa est, non tamen a supradicto lucido igne separata et in illo fulgore aurorae maxima voluntas accensa est. Cumque accensionem voluntatis hujus diligentius considerare vellem, in hac visione secretum sigillum mihi appositum est, audivique vocem ex alto mihi dicentem: De hoc mysterio non poteris quidquam amplius vedere, nisi ut tibi propter miraculum credendi conceditur. Vidique de eodem fulgore aurorae splendidissimum hominem egredientem, qui claritatem suam ad praedictas tenebras effudit et ab eis reverberatus est, et in ruborem sanguinis et in pallorem albedinis conversus tanta fortitudine tenebras percussit, ut homo ille qui in eis jacebat attractu illo apparens fulgeret, atque ita erectus exiret. Et sic splendidus ille homo qui de aurora egressus est, in tanta claritate apparens ultraquam humana lingua effari possit, in eminentissimam altitudinem innumerabilis gloriae tetendit, ubi in plenitudine omnimodae ubertatis et odoris magnifice radiabat.

Et audivi ex praefato vivente igne vocem mihi dicentem: Tu quae es fragilis terra et in nomine femineo indocta in omni doctrina carnalium magistrorum, scilicet legere litteras secundum intelligentiam litteratorum, sed tantum tacta lumine meo quod tangit te interius cum incendio ut sol ardens, clama et enarra ac scribe haec mysteria mea quae vides et audis in mystica visione. Noli ergo esse timida, sed dic ea quae intelligis in spiritu quemadmodum ea loquor per te, quatenus illi verecundia teneantur qui populo meo deberent viam rectitudinis ostendere, sed ex perversitate morum suorum recusant aperte justitiam quam noverunt dicere, nolentes abstinere a malis desideriis suis quae illis ita adhaerent quasi ipsis dominentur, facientia eos fugere a facie Domini et erubescere loqui veritatem. Unde, o pusilla, animo quae interius es docta mystica inspiratione quamvis suppressa sis per virilem formam propter praevaricationem Evae; dic tamen igneum opus quod tibi demonstratur certissima visione.

Vivens enim Deus qui cuncta per Verbum suum creavit, per idem Verbum incarnatum miseram humanam creaturam quae se demersat in tenebras, ad fidelem salvationem reduxit.

Quid hoc? Nam ille lucidissimus ignis quem vides, designat omnipotentem et viventem Deum qui in clarissima serenitate sua nunquam ulla iniquitate offuscatur incomprehensibilis manens, quia nulla divisione dividi potest, aut initio aut fine aut ulla scintilla scientiae creaturae suae comprehendi sicuti est

Pero aquellas tinieblas crecieron en aquel aire dilatándose más y más. Entonces tres grandes estrellas unidas entre sí en su fulgor aparecieron en aquellas tinieblas, tras las cuales también otras muchas tanto pequeñas como grandes que brillaban con muchísimo esplendor, y después una cierta estrella máxima que radiaba con una claridad admirable y dirigía su fulgor hacia la llama predicha. Pero también en la tierra apareció un cierto fulgor como la aurora; al cual la llama superior se infundió maravillosamente, no separada sin embargo del fuego lúcido supradicho, y en aquel fulgor de la aurora se encendió una voluntad máxima. Y cuando quise considerar más diligentemente el encendido de esta voluntad, en esta visión se me puso un sello secreto, y oí una voz de lo alto que me decía: De este misterio no podrás ver nada más, sino lo que se te concede por el milagro de creer. Y vi de aquel mismo fulgor de la aurora salir un hombre esplendidísimo, que derramó su claridad hacia las tinieblas predichas y fue rechazado por ellas, y convertido en el rojo de la sangre y en la palidez de la blancura golpeó con tanta fortaleza aquellas tinieblas, que aquel hombre que yacía en ellas por aquel contacto apareció brillando, y así salió erguido. Y así aquel hombre espléndido que salió de la aurora, apareciendo en tal claridad más allá de lo que la lengua humana pueda expresar, se tendió hacia la altura eminentísima de una gloria innumerable, donde radiaba magníficamente en la plenitud de toda clase de abundancia y olor.

Y oí del fuego viviente prefado una voz que me decía: Tú que eres tierra frágil e ignorante en el nombre femenino en toda la doctrina de los maestros carnales, a saber, de leer las letras según la inteligencia de los letrados, sino solo tocada por mi luz que te toca interiormente con un incendio como el sol ardiente, clama y narra y escribe estos misterios míos que ves y oyes en la visión mística. No seas, pues, tímida, sino di las cosas que entiendes en el espíritu tal como yo las hablo por ti, a fin de que sean avergonzados aquellos que deberían mostrar al mi pueblo la vía de la rectitud, pero por la perversidad de sus costumbres rehúsan decir abiertamente la justicia que han conocido, no queriendo abstenerse de sus malos deseos que se les adhieren como si les dominaran, haciéndoles huir de la faz del Señor y avergonzarse de hablar la verdad. Por lo cual, oh pequeña, tú que interiormente estás instruida en el ánimo por la inspiración mística aunque estés suprimida por la forma varonil debido a la prevaricación de Eva; di sin embargo la obra ígnea que se te demuestra por una visión certísima.

Pues el Dios viviente que creó todas las cosas por su Verbo, por el mismo Verbo encarnado redujo a la mísera criatura humana que se sumergió en las tinieblas, a la fiel salvación.

¿Qué es esto? Pues aquel fuego brillantísimo que ves, designa al Dios omnipotente y viviente que en su clarísima serenidad nunca es ofuscado por ninguna iniquidad, permaneciendo incomprensible, porque por ninguna división puede ser dividido, ni por un principio o un fin o por alguna chispa de ciencia de su criatura ser comprendido tal cual es,

et exstinguibilis exsistens, quoniam ipse est illa plenitudo quam nunquam ullus finis tetigit ac totus vivens, quia nulla omnino res ipsi absconsa est quam nesciat, totusque vita existens, quoniam omne quod vivit ab ipso vivere sumit, secundum quod Job per me inspiratus ostendit, dicens: Quis ignorat quod omnia haec manus Domini fecerit? in cujus manu est anima omnis viventis et spiritus universae carnis hominis (Job XII).

Quid hoc? Nulla creatura tam hebes est in natura sua quae vicissitudinem plenitudinis suae in illis causis ignoret, in quibus fructuosa consistit. Quomodo? Coelum habet lucem, lux aerem, aer volatilia et terra nutrit virentia, virentia fructum, fructus animalia; quae omnia testantur quod ea posuit fortissima manus, id est maxima potentia Dominatoris cunctorum, qui omnia in possibilitate virtutis suae ita operatus est quod eis nihil deest in usibus suis, et in omnipotentia ejusdem fabricatoris est motio cunctorum viventium et terrestrium, ut pecorum terram in terrenis quaerentium nec rationalitatem spiraculi Dei in se habentium, et excitatio spirituum qui humanam carnem inhabitant, in quibus est rationalitas, discretio et sapientia.

Quomodo? Anima circuit in terrenis causis laborans in multis varietatibus secundum quod carnales mores expostulant. Spiritus vero erigit se in duobus modis, videlicet suspirium, gemitum et desiderium ad Deum habens, aut Dominum et regimen et optionem in diversis rebus quasi in praecepto quaerens, quia discretionem in rationalitate habet.

Unde etiam homo similitudinem coeli et terrae in se continet. Quomodo? Ipse habet circulum in quo apparet perspicuitas, spiraculum et rationalitas, velut in coelo notantur luminaria; habet spiritum per omnem sensum et motum celeriter meantem, ut aer volatilia etiam humoris receptaculum in quo notatur humiditas, apparet germinatio ac parturitio, sicut in terra virentia, fructificantia et animalia.

Quid hoc? O homo, tu totus es in omni creatura et oblivisceris Creatoris tui; et subjecta tibi creatura obedit ei sicut illi constitutum est, et tu praecepta illius transgrederis.

Sed vides quod idem ignis in se flammam aerei coloris habet, quae leni flatu ardenter flagrat et quae eidem lucido igni ita inseparabiliter inest ut in homine sunt viscera, quod est in aeternitate ante tempora constitutae creaturae infinitum Verbum, quod in ardore charitatis sub decursum labentium temporum mirabiliter sine sorde et gravamine peccati per virtutem suavitatis Spiritus sancti in aurora beatae virginitatis erat incarnandum,

y existiendo inextinguible, ya que Él es aquella plenitud que nunca ningún fin tocó y todo viviente, porque ninguna cosa en absoluto le está oculta que no sepa, y todo existiendo como vida, ya que todo lo que vive toma de Él el vivir, según lo que Job inspirado por mí muestra, diciendo: "¿Quién ignora que la mano del Señor hizo todas estas cosas? en cuya mano está el alma de todo viviente y el espíritu de toda carne de hombre" (Job 12).

¿Qué es esto? Ninguna criatura es tan roma en su naturaleza que ignore la vicisitud de su plenitud en aquellas causas en las que consiste fructuosa. ¿Cómo? El cielo tiene luz, la luz el aire, el aire los volátiles y la tierra nutre los verdes, los verdes el fruto, el fruto los animales; todas las cuales cosas testifican que las puso la mano fortísima, esto es la potencia máxima del Dominador de todos, que de tal modo operó todas las cosas en la posibilidad de su virtud que nada les falta en sus usos, y en la omnipotencia del mismo fabricador está la moción de todos los vivientes y terrestres, como de los ganados que buscan la tierra en las cosas terrenas ni tienen en sí la racionalidad del soplo de Dios, y la excitación de los espíritus que habitan la carne humana, en los cuales está la racionalidad, la discreción y la sabiduría.

¿Cómo? El alma circula en las causas terrenas laborando en muchas variedades según lo exigen las costumbres carnales. El espíritu en verdad se erige de dos modos, a saber teniendo suspiro, gemido y deseo hacia Dios, o buscando el señorío y el régimen y la opción en diversas cosas como en un precepto, porque tiene discreción en la racionalidad.

Por lo cual también el hombre contiene en sí la similitud del cielo y de la tierra. ¿Cómo? Él mismo tiene un círculo en el que aparece la perspicuidad, el hálito y la racionalidad, tal como en el cielo se notan las lumbreras; tiene un espíritu que por todo sentido y movimiento fluye velozmente, como el aire los volátiles, también un receptáculo de humor en el que se nota la humedad, aparece la germinación y el parto, tal como en la tierra los verdes, los fructificantes y los animales.

¿Qué es esto? Oh hombre, tú estás todo en toda criatura y te olvidas de tu Creador; y la criatura sujeta a ti le obedece a Él como le fue constituido, y tú transgredes sus preceptos.

Pero ves que el mismo fuego tiene en sí una llama de color aéreo que arde ardientemente con un hálito suave, y que está tan inseparablemente en el mismo fuego lúcido como están las vísceras en un hombre, lo cual es el Verbo infinito en la eternidad antes de los tiempos de la criatura constituida, el cual en el ardor de la caridad bajo el decurso de los tiempos que se deslizan maravillosamente sin suciedad ni gravamen de pecado por la virtud de la suavidad del Espíritu Santo en la aurora de la bienaventurada virginidad habría de encarnarse,

ita tamen ut sicut ante susceptam carnem indivisibiliter fuit in Patre, sic etiam post assumptam humanitatem inseparabiliter in eo maneret, quoniam ut homo non est absque vitali tactu in via praecordiorum, sic a Patre non erat omnino separandum ejus vitale Verbum. Et quare dicitur Verbum? Quia ut per locale verbum quod in terreno pulvere hominis transitorium est, prudenter intelliguntur jussa praeceptoris ab iis qui sciunt et praevident jussionem praecipientis; ita etiam per illocale verbum quod per inexstinguibilem vitam quae vivit in aeternitate intransitorium est, vere cognoscitur vis patris a diversis creaturis mundi ipsum sentientibus et intelligentibus in ortu quo creatae sunt, atque ut per officiale verbum potestas et honor scitur hominis; sic etiam per divinum Verbum sanctitas et bonitas resplendet Patris.

Quod autem vides quomodo flamma illa fulminans incandet: hoc est quod Verbum Dei virtutem suam quasi exardescens ostendit, cum per ipsum omnis creatura condita est, et quasi incanduit, cum in aurora et candore virginitatis incarnatum est, et ex eo stillaverant omnes virtutes in agnitione Dei: cum homo revixit in animarum salvatione. Sed et obscurus aer et rotundus multaeque magnitudinis repente exortus est, qui est instrumentum eorum in obscuritate imperfectionis, scilicet nondum illustratum plenitudine creaturarum, et rotundum est, quia sub incomprehensibili potentia Dei est, divinitate nusquam absente, ipsum tamen in maxima potestate Dei surgens quasi in ictu oculi in superna voluntate elevatum, super quod ipsa flamma velut faber quosdam ictus dedit toties ab eo scintillam educens, donec idem aer ad perfectum deductus est, quia coelum et terra resplenduerunt plena institutione, quando ille qui excellit universam creaturam supernum Verbum in creatione creaturarum servitutem tenentium virtutem fortitudinis suae ostendit ab instrumento suo, diversas species creaturarum lucentes in mirabili ortu conditionis eorum educens, ut faber formas suas ex aere competenter excudit, usque dum eaedem creaturae in pulchritudine plenitudinis suae effulserunt; sursum et deorsum decorem et stabilimentum perfectae creationis suae habentes, quia superiora resplenduerunt ab inferioribus, et inferiora a superioribus.

de tal modo sin embargo que, así como antes de la carne asumida estuvo indivisiblemente en el Padre, así también tras la humanidad asumida permaneciera inseparablemente en Él, ya que como el hombre no está sin el tacto vital en la vía de las entrañas, así de su Padre no habría de separarse en absoluto su Verbo vital. ¿Y por qué se llama Verbo? Porque así como por la palabra local que es transitoria en el polvo terreno del hombre, se entienden prudentemente los mandatos del preceptor por aquellos que conocen y prevén la orden del que manda; así también por la palabra ilocal que es intransitoria por la vida inextinguible que vive en la eternidad, se conoce verdaderamente la fuerza del Padre por diversas criaturas del mundo que lo sienten y lo entienden en el orto en que fueron creadas, y como por la palabra oficial se conoce la potestad y el honor del hombre; así también por el Verbo divino resplandece la santidad y la bondad del Padre.

Que sin embargo ves cómo aquella llama fulminante se pone incandescente: esto es que el Verbo de Dios mostró su virtud como exardeciendo cuando por Él fue fundada toda criatura, y como que se puso incandescente cuando en la aurora y blancura de la virginidad se encarnó, y de Él habían destilado todas las virtudes en el conocimiento de Dios cuando el hombre revivió en la salvación de las almas. Pero también un aire oscuro y redondo de mucha magnitud surgió de repente, el cual es instrumento de ellos en la oscuridad de la imperfección, a saber, aún no ilustrado por la plenitud de las criaturas, y es redondo porque está bajo la incomprensible potencia de Dios, no estando ausente la divinidad en ninguna parte, surgiendo sin embargo él en la máxima potestad de Dios como en un abrir y cerrar de ojos elevado en la voluntad superna, sobre el cual la misma llama como un herrero dio ciertos golpes, extrayendo de él una chispa tantas veces hasta que el mismo aire fue conducido a la perfección, porque el cielo y la tierra resplandecieron llenos de institución, cuando Aquél que sobresale a la criatura universal, el Verbo superno, en la creación de las criaturas que guardan servidumbre mostró la virtud de su fortaleza desde su instrumento, extrayendo diversas especies de criaturas que lucen en el maravilloso orto de su condición, como el herrero forja competentemente sus formas del bronce, hasta que las mismas criaturas brillaron en la hermosura de su plenitud; teniendo hacia arriba y hacia abajo el decoro y la estabilidad de su perfecta creación, porque las cosas superiores resplandecieron por las inferiores, y las inferiores por las superiores.

Quod autem deinde eadem flamma in igne et ardore illo se extendit ad parvam glebam limosae terrae, jacentem in fundo aeris: hoc est quod, creatis aliis creaturis, Verbum Dei in forti voluntate Patris et in amore supernae suavitatis Spiritus sancti inspexit fragilem materiam mollis et tenerae fragilitatis humanitatis omnium tam malorum quam bonorum procreandorum hominum in imo insensibilitatis et ponderositatis suae detentam, et nec dum efficaci et vitali flatu excitatam, eam fovens et calefaciens carnem et sanguinem efficit in virtute calorem ei infundens, quoniam terra est carnalis materia hominis nutriens eum fructu suo, sicut mater lacte filios suos, eamque aspiravit Deus ita quod homo in animam viventem effecta est, quia ipsam per supernam virtutem excitavit atque in anima et corpore discernentem hominem mirabiliter ex ea eduxit.

Quo facto, ille lucidus ignis praebuit per illam flammam leni flatu ardenter flagrantem, ipsi homini candidissimum florem in flamma illa pendentem ut ros pendet in gramine, quoniam creato Adam Pater qui lucidissima lux est, dedit per Verbum suum in Spiritu sancto ipsi Adae dulce praeceptum clarissimae obedientiae adhaerentis ipsi Verbo in multo imbre fructuosae virtutis, quia per ipsum Verbum suavissimus humor sanctitatis a Patre in Spiritu sancto stillavit faciens maximum et plurimum fructum sicut purus humor super gramen descendens illud ad multum germen fecundat. Cujus quidem odorem homo naribus sensit, sed gustu oris non libavit, nec moribus attrectavit, quoniam ipse praeceptum legis cum intelligentia sapientiae quasi naribus attraxit, sed vim illius intimae perfectionis in os perfecte non intromisit nec opere manuum in plenitudine beatitudinis adimplevit, hoc modo se avertens atque cadens in densissimas tenebras ex quibus se erigere non valuit, quia divino praecepto suggerente diabolo terga dedit in barathrum mortis corruens, quia Deum non in fide nec in opere exquisivit. Unde ad veram cognitionem ejus peccatis gravatus surgere non potuit, donec ille venit qui Patri suo pleniter sine peccato obedivit.

Sed tenebrae illae in illo acre magis ac magis se dilatando creverunt: potestas mortis in mundo semper in latitudine vitiorum sumpsit incrementum scientia hominis se movente in diversitatem multiplicium vitiorum et fetentium peccatorum per errorem emergentium. Quod autem tres magnae stellae in fulgore suo sibi cohaerentes in illis tenebris apparuerunt, post quas aliae multae tam parvae quam magnae plurimo splendore fulgentes: haec sunt in figuratione supernae Trinitatis magna luminaria, videlicet Abraham, Isaac et Jacob tam fideli opere quam carnis conjunctione se mutuo complectentes mundique tenebras annuntiationibus suis repercutientes, et eos subsequentes alii quamplurimi prophetae majores et minores in magnis et admirandis miraculis radiantes.

Que sin embargo después la misma llama en aquel fuego y ardor se extendió hacia un pequeño terrón de tierra lamosa que yacía en el fondo del aire: esto es que, creadas las otras criaturas, el Verbo de Dios en la fuerte voluntad del Padre y en el amor de la superna suavidad del Espíritu Santo miró la frágil materia de la blanda y tierna fragilidad de la humanidad de todos los hombres tanto malos como buenos que habrían de procrearse, detenida en lo más hondo de su insensibilidad y pesadez, y aún no excitada por un hálito eficaz y vital, fomentándola y calentándola hace carne y sangre en virtud infundiéndole calor, ya que la tierra es la materia carnal del hombre que le nutre con su fruto como la madre con leche a sus hijos, y Dios la aspiró de modo que el hombre fue hecho en alma viviente, porque la excitó por la virtud superna y maravillosamente extrajo de ella al hombre que discierne en alma y cuerpo.

Hecho lo cual, aquel fuego lúcido ofreció por aquella llama que ardía ardientemente con un hálito suave al hombre mismo una flor blancuquísima que colgaba en aquella llama como el rocío cuelga en la hierba, ya que creado Adán, el Padre que es la luz brillantísima dio por su Verbo en el Espíritu Santo a Adán mismo el dulce precepto de la clarísima obediencia que se adhería al mismo Verbo en mucha lluvia de virtud fructuosa, porque por el mismo Verbo destiló del Padre en el Espíritu Santo el dulcísimo humor de la santidad haciendo el mayor y más abundante fruto tal como el humor puro descendiendo sobre la hierba la fecunda para mucho brote. Cuyo olor ciertamente el hombre percibió con sus narices, pero no probó con el gusto de su boca, ni tocó con sus manos, ya que él mismo atrajo el precepto de la ley con la inteligencia de la sabiduría como con las narices, pero no introdujo perfectamente la fuerza de aquella íntima perfección en la boca ni la cumplió por la obra de sus manos en la plenitud de la bienaventuranza, de este modo apartándose y cayendo en densísimas tinieblas de las cuales no fue capaz de erigirse, porque dio la espalda al precepto divino por sugerencia del diablo cayendo en el baratro de la muerte, porque no buscó a Dios ni en la fe ni en la obra. Por lo cual, gravado por los pecados, no pudo surgir al verdadero conocimiento de Él hasta que vino Aquél que obedeció plenamente a su Padre sin pecado.

Pero aquellas tinieblas crecieron en aquel aire dilatándose más y más: la potestad de la muerte en el mundo siempre tomó incremento en la latitud de los vicios, moviéndose la ciencia del hombre hacia la diversidad de múltiples vicios y fétidos pecados que emergían por el error. Que sin embargo tres grandes estrellas unidas entre sí en su fulgor aparecieran en aquellas tinieblas, tras las cuales otras muchas tanto pequeñas como grandes que brillaban con muchísimo esplendor: estas son, en figuración de la superna Trinidad, las grandes lumbreras, a saber Abrahán, Isaac y Jacob, abrazándose mutuamente tanto por la obra fiel como por la conjunción de la carne, y rechazando las tinieblas del mundo con sus anuncios, y siguiéndoles otros muchísimos profetas mayores y menores que radiaban en grandes y admirables milagros.

Deinde vero apparens quaedam maxima stella mira claritate micans et fulgorem suum ad praedictam flammam dirigens, illa est praecipuus propheta Joannes scilicet Baptista fidelissimo et clarissimo opere in magnalibus coruscans, et in eis verum Verbum, id est Dei Filium demonstrans, quia iniquitati non cessit, sed eam in operibus justitiae strenue et fortiter calcavit.

Sed quod in terra illa fulgor velut aurora apparet, cui superior flamma mirabiliter infusa est: non tamen a supradicto lucido igne separata: hoc est quod Deus in loco generabilium rerum magnum splendorem rutilantis luminis plantavit, in illum Verbum suum perfecta voluntate mittens non tamen ab eo separatum, sed dedit ipsum, copiosum fructum, atque eduxit ipsum, magnum fontem ex quo omne fidele guttur bibens ultra siti non arescit. Unde et in illo fulgore aurorae maxima voluntas accensa est, quia in claritate rubentis serenitatis virtus magni et antiqui consilii cognita est, ita quod omnes praemissae legiones et coelestium spirituum acies hoc in lucidissima felicitate admiratae sunt. Sed tu, o homo, dum eminentiam consilii hujus humano more plenius scire desideras, claustrum occultationis tibi opponitur, quoniam secreta Dei non debes plus scrutari quam propter amorem fideliter credentium divinae majestati placet manifestari.

Quod autem vides de fulgore aurorae splendidissimum hominem egredientem, qui claritatem suam ad tenebras effudit et ab eis reverberatur, qui in ruborem sanguinis et in pallorem albedinis conversus tanta fortitudine tenebras illas repercussit, ut homo ille qui in eis jacebat ipso attactu apparens fulgeret atque ita erectus exiret: hoc designat Dei Verbum in candore intemeratae virginitatis inviolabiliter incarnatum, et sine dolore natum, nec tamen a Patre separatum. Quomodo? Cum Filius Dei natus est in mundo ex matre: apparuit in coelo in Patre, unde et angeli mox contremuerunt et exsultantes mellifluas laudes concinuerunt. Qui Filius Dei sine macula peccati in saeculo conversatus lucidissimam beatitudinis et salvationis doctrinam in tenebras infidelitatis emisit, sed ab incredulo populo abjectus, atque ad passionem ductus roseum sanguinem suum fudit et caliginem mortis corporaliter gustavit. Ex quo diabolum superans ex inferno electos suos qui in eo detenti et prostrati fuerant liberavit, atque eos tactu redemptionis suae ad haereditatem ipsorum quam in Adam perdiderant misericorditer reduxit. Qui dum in haereditatem suam pervenerunt, excitata sunt tympana et citharae omnisque musicorum concentus innumerabili decore, quia homo qui in perditione jacuerat, jam in beatitudine erectus mortem superna virtute liberatus evaserat,

Después verdaderamente apareciendo una cierta estrella máxima que brillaba con claridad admirable y dirigía su fulgor hacia la llama predicha, esa es el principal profeta Juan, a saber el Bautista, resplandeciendo con obra fidelísima y clarísima en las maravillas, y en ellas demostrando el verdadero Verbo, esto es el Hijo de Dios, porque no cedió a la iniquidad, sino que la pisoteó con denuedo y fortaleza en las obras de la justicia.

Pero que en la tierra aparezca un fulgor como la aurora, al cual la llama superior se infundió maravillosamente, no separada sin embargo del fuego lúcido supradicho: esto es que Dios plantó un gran esplendor de luz rutilante en el lugar de las cosas generables, enviando hacia él a su Verbo con perfecta voluntad, no separado sin embargo de Él, sino que lo dio como copioso fruto, y lo extrajo como una gran fuente de la cual toda garganta fiel que bebe no se seca más por la sed. Por lo cual también en aquel fulgor de la aurora se encendió una voluntad máxima, porque en la claridad de la enrojecida serenidad se conoció la virtud del grande y antiguo consejo, de modo que todas las legiones predichas y huestes de espíritus celestiales admiraron esto en brillantísima felicidad. Pero tú, oh hombre, mientras deseas conocer la eminencia de este consejo más plenamente al modo humano, se te opone el claustro de la ocultación, ya que no debes escudriñar los secretos de Dios más de lo que place a la divina majestad manifestar por el amor de los que creen fielmente.

Que sin embargo veas a un hombre esplendidísimo saliendo del fulgor de la aurora, que derramó su claridad hacia las tinieblas y es rechazado por ellas, el cual convertido en el rojo de la sangre y en la palidez de la blancura golpeó con tanta fortaleza aquellas tinieblas, que aquel hombre que yacía en ellas por aquel contacto apareció brillando y así salió erguido: esto designa al Verbo de Dios inviolablemente encarnado en la blancura de la virginidad intacta, y nacido sin dolor, no separado sin embargo del Padre. ¿Cómo? Cuando el Hijo de Dios nació en el mundo de una madre: apareció en el cielo en el Padre, de donde también los ángeles pronto temblaron y exultantes cantaron alabanzas melifluas. El cual Hijo de Dios, habiendo conversado en el mundo sin la mancha del pecado, emitió la brillantísima doctrina de la bienaventuranza y de la salvación hacia las tinieblas de la infidelidad, pero rechazado por el pueblo incrédulo, y conducido a su pasión, derramó su sangre rosada y probó corporalmente la calígine de la muerte. Por lo cual, superando al diablo, liberó del infierno a sus electos que habían estado detenidos y postrados en él, y los redujo misericordiosamente por el tacto de su redención a su herencia que habían perdido en Adán. Los cuales, mientras llegaban a su herencia, se excitaron los tímpanos y las cítaras y todo el concierto de los músicos con innumerable decoro, porque el hombre que había yacido en la perdición, ya erguido en la bienaventuranza había escapado de la muerte liberado por la virtud superna,

ut per servum meum Osee locutus sum: Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum peccatum ejus: dolores parturientis venient ei, ipse filius non sapiens. Nunc enim non stabit in contritione filiorum. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Ero mors tua, o mors, ero morsus tuus, inferne (Ose. XIII).

Quid hoc? In efficacia ligaturae alligata est perversitas nequitiae diaboli ut a zelo furoris Dei non mereatur solvi, quia nunquam illum recta cogitantem vidit, sic neque eum aspiciunt qui Deum fideliter timent. Nam se semper elevat contra Deum, se Deum esse dicens, semper errans contra Deum, et propter ipsum nomini Christiano contradicens. Et ideo malitia ipsius ita profundata est ut nulla medicina reparationis peccatum ejus quod in contemptibilissima superbia impie commisit, in salvatione dignum sit, unde et ipse erit in perduratione doloris sicut parturiens in afflictione desperationis quae diffidit quod in apertione uteri sui vivere non possit. Nam haec infelicitas semper super eum manebit quod a beatitudine ejectus est, quia filiorum sapientia fugit ab eo qui ad se non revertitur, sicut filius prodigus ad se reversus de iniquitate sua ad patrem suum rediit. Quapropter nunquam confidet in contritione illa qua filii salvationis in superni filii morte mortem saevissimae iniquitatis conterunt, quam ipse callidus serpens ebullire fecit cum primo homini dolositatem quam homo nesciebat suggessit. Sed quia filii Salvatoris venenum funestissimum suggestionis contemnunt et ad salutem suam respiciunt, de servitute idolorum liberabo eos, de servitute, inquam, idolorum quae fallaciam in potestate perditionis habent et in quibus infideles honorem Creatoris sui commutant, se in laqueum diaboli involventes et opera sua secundum voluntatem illius perficientes. Et ideo animas illorum qui me colunt, animas scilicet sanctorum et justorum ab infernali poena redimam, quoniam nullus hominum poterit erui a vinculis diaboli in quibus durissima morte propter praevaricationem praeceptorum Dei vinctus est, nisi in redemptione illius qui electos suos proprio sanguine redempturus est. Ubi ad internecionem te, o mors, interficiam, quia in quo te vivere putas, hoc tibi extraham, ita quod inutile cadaver vocaberis, quoniam in fortissimis viribus tuis prostrata jacebis, sicut et corpus quod ab anima deseritur omnino ad interitum prosternitur. Nam fons aquae vivae te suffocabit, cum felices animae per novum hominem qui venenosae deceptionis insons erit misericorditer in superna beatitudine rapientur. Unde etiam ad confusionem tuam ero morsus tuus, inferne, cum potestas mea in magna virtute tibi spolia illa detrahet quae fraudulenter rapuisti; ita ut et tu, o mors, juste despoliata, nunquam deinceps plena in divitiis tuis appareas, sed vulneribus confossa et in foeditate prostrata jacens, confusionem tuam in perpetuum reportes.

como hablé por mi siervo Oseas: "Ligada está la iniquidad de Efraín, escondido su pecado: dolores de parturienta vendrán a él, él es un hijo no sabio. Pues ahora no se detendrá en la contrición de los hijos. De la mano de la muerte los libraré, de la muerte los redimiré. Seré tu muerte, oh muerte, seré tu mordedura, oh infierno" (Oseas 13).

¿Qué es esto? En la eficacia de la ligadura está atada la perversidad de la iniquidad del diablo para que no merezca ser soltada del celo del furor de Dios, porque nunca le vio pensando cosas rectas, así tampoco le contemplan los que fielmente temen a Dios. Pues siempre se eleva contra Dios, diciendo ser él Dios, siempre errando contra Dios, y por causa de él contradiciendo el nombre cristiano. Y por eso su malicia está tan profundizada que ninguna medicina de reparación es digna en la salvación para su pecado que impíamente cometió en una soberbia despreciabilísima, de donde también él mismo estará en la perduración del dolor como la parturienta en la aflicción de la desesperación que desconfía de no poder vivir en la apertura de su útero. Pues esta infelicidad siempre permanecerá sobre él: que fue expulsado de la bienaventuranza, porque la sabiduría de los hijos huyó de él, que no vuelve a sí mismo, como el hijo pródigo habiendo vuelto a sí mismo regresó de su iniquidad a su padre. Por lo cual nunca confiará en aquella contrición con la que los hijos de la salvación en la muerte del hijo superno quebrantan la muerte de la saevísima iniquidad, que aquel astuto serpiente hizo hervir cuando sugirió al primer hombre la dolosidad que el hombre no conocía. Pero porque los hijos del Salvador desprecian el veneno funestísimo de la sugestión y miran hacia su salvación, de la servidumbre de los ídolos los libraré, de la servidumbre, digo, de los ídolos que tienen la falacia en la potestad de la perdición y en los cuales los infieles conmutan el honor de su Creador, envolviéndose en el lazo del diablo y perfeccionando sus obras según la voluntad de él. Y por eso las almas de aquellos que me adoran, a saber las almas de los santos y de los justos, las redimiré de la pena infernal, ya que ninguno de los hombres podrá ser arrancado de los vínculos del diablo en los que está atado por una durísima muerte debido a la prevaricación de los preceptos de Dios, sino en la redención de Aquél que ha de redimir a sus electos con su propia sangre. Donde hasta el exterminio te mataré a ti, oh muerte, porque en aquello en que piensas vivir, esto te extraeré, de modo que serás llamada cadáver inútil, ya que yacerás postrada en tus fortísimas fuerzas, tal como también el cuerpo que es abandonado por el alma es postrado del todo a la destrucción. Pues la fuente de agua viva te sofocará, cuando las almas felices por el nuevo hombre que será inocente de la venenosa decepción serán arrebatadas misericordiosamente en la bienaventuranza superna. Por lo cual también para tu confusión seré tu mordedura, oh infierno, cuando mi potestad con gran virtud te arrebate aquellos despojos que fraudulentamente robaste; de modo que también tú, oh muerte, justamente despojada, nunca más aparezcas llena en tus riquezas, sino atravesada por las heridas y yaciendo postrada en la fealdad, reportes tu confusión para siempre.

Sed ut vides illo lucente homine qui de aurora egressus est in tanta claritate apparente ultra quam humana lingua effari possit, demonstratur quod augustissimum corpus Filii Dei ex speciosissima Virgine natum et per triduum in sepulcro reconditum, ad insinuandum quod tres personae sunt in una divinitate, paterna claritas infulsit, atque ita Spiritum recepit, et in fulgentissima immortalitate resurrexit quam nullus hominum cogitatione aut verbo explicare poterit. Quem et Pater nudatis vulneribus, coelestibus choris ostendit, dicens: Hic est Filius meus dilectus (Matth. III), quem misi ut moreretur pro populo: Ob quam rem supra humanum intellectum innumerabile gaudium in ipsis innovatum est quia caeca oblivio qua Deus nesciebatur sic depressa est ut rationalitas hominis quae suadente diabolo prostrata jacebat, ad agnitionem Dei elevata sit, quoniam per summam beatitudinem homini via veritatis ostensa est, in qua de morte ad vitam reductus est. Sed secundum hoc ut filii Israel ex Aegypto liberati per quadraginta annos desertum transeuntes, in terram lac et mel fluentem pervenerunt, ita Filius Dei a morte resurgens per quadraginta dies discipulis suis cum beatis feminis quae post ipsum suspirabant et magno desiderio videre desiderabant, se benigne ostendit, ad eas in fide confirmandas, ne dubitarent, dicentes: Nos non vidimus Dominum: ideo credere non possumus quod ipse sit nostra salus, sed frequenter manifestavit se illis, ad corroborandos ipsos ne caderent.

Quod vero in eminentissimam altitudinem innumerabilis gloriae tetendit ubi in plenitudine omnimodae ubertatis et odoris mirifice radiat: hoc est quod idem Filius Dei ascendit ad Patrem cui una cum Filio et Spiritu sancto eminentissima et praecellentissima altitudo inenarrabilis gaudii et laetitiae est, ubi idem Filius in abundantia praefulgentissimae sanctitatis et beatitudinis fidelibus suis gloriose apparet; qui ipsum puro et simplici corde verum Deum et hominem esse credunt. Nam etiam tunc nova sponsa ejusdem agni illi praesentata est in diversis ornamentis quibus ornanda est in omni genere virtutum fortissimi certaminis totius fidelis populi; qui contra callidum serpentem pugnaturi sunt. Sed qui vigilantibus oculis videt, et attentis auribus audit, hic mysticis verbis meis quae de me vivente emanant, osculum praebeat amplexionis.

VISIO SECUNDA.

SUMMARIUM.---De sensu mysteriorum Dei. De tribus personis. Quod homo nunquam obliviscatur unum Deum in tribus personis ardenter invocare. De tribus viribus lapidis. Joannes de charitate Dei. De tribus causis humani Verbi. De tribus viribus flammae. Verba Salomonis. De unitate essentiae.

Pero como ves en aquel hombre resplandeciente que salió de la aurora apareciendo en tal claridad más allá de lo que la lengua humana pueda expresar, se demuestra que sobre el augustísimo cuerpo del Hijo de Dios, nacido de la hermosísima Virgen y oculto por tres días en el sepulcro —para insinuar que hay tres personas en una sola divinidad—, la claridad paterna resplandeció, y así recibió el Espíritu, y resucitó en una fulgentísima inmortalidad que ninguno de los hombres podrá explicar con el pensamiento o la palabra. Al cual también el Padre, con las heridas al descubierto, mostró a los coros celestiales, diciendo: "Este es mi Hijo amado" (Mateo 3), a quien envié para que muriera por el pueblo: por cuya causa, más allá del intelecto humano, un gozo innumerable se renovó en ellos porque la ciega desidia por la cual Dios no era conocido fue tan deprimida que la racionalidad del hombre, que yacía postrada por la sugerencia del diablo, fue elevada al conocimiento de Dios, ya que por la suma bienaventuranza se mostró al hombre el camino de la verdad, en el cual fue reducido de la muerte a la vida. Pero según esto, así como los hijos de Israel, liberados de Egipto, atravesando el desierto durante cuarenta años, llegaron a la tierra que mana leche y miel, así el Hijo de Dios resucitando de la muerte por cuarenta días se mostró benignamente a sus discípulos con las bienaventuradas mujeres que suspiraban tras Él y deseaban con gran deseo verle, para confirmarlos en la fe, no sea que dudaran, diciendo: "No hemos visto al Señor: por tanto no podemos creer que Él mismo sea nuestra salvación", sino que frecuentemente se les manifestó, para corroborarlos a ellos para que no cayeran.

Que de hecho tendiera hacia la eminentísima altura de gloria innumerable donde radia maravillosamente en la plenitud de toda clase de abundancia y olor: esto es que el mismo Hijo de Dios ascendió al Padre, para quien junto con el Hijo y el Espíritu Santo es la eminentísima y excelentísima altura de inenarrable gozo y alegría, donde el mismo Hijo aparece gloriosamente a sus fieles en la abundancia de la prefugentísima santidad y bienaventuranza; los cuales creen con corazón puro y simple que Él es verdadero Dios y hombre. Pues aun entonces la nueva esposa del mismo Cordero le fue presentada con diversos ornamentos con los cuales ha de ser adornada en todo género de virtudes del fortísimo certamen de todo el pueblo fiel; que han de luchar contra la astuta serpiente. Pero quien ve con ojos vigilantes, y escucha con oídos atentos, dé este el beso del abrazo a mis palabras místicas que emanan de mí, el Viviente.

SEGUNDA VISIÓN.

SUMARIO.—Del sentido de los misterios de Dios. De las tres personas. Que el hombre nunca se olvide de invocar ardientemente a un solo Dios en tres personas. De las tres fuerzas de la piedra. Juan sobre la caridad de Dios. De las tres causas del Verbo humano. De las tres fuerzas de la llama. Palabras de Salomón. De la unidad de la esencia.

Deinde vidi splendidissimam lucem et in ipsa sapphirini coloris speciem hominis quae tota suavissimo rutilante igne flagrabat, et illa splendida lux perfudit universum illum rutilantem ignem, et ille rutilans ignis totam illam splendentem lucem, et illa splendidissima lux et rutilans ignis totam hominis speciem, unum lumen una virtute et potentia existentes. Et iterum audivi viventem illam lucem mihi dicentem: Hic est sensus mysteriorum Dei, ut discrete cernatur et intelligatur quae sit plenitudo illa quae sine ortu est et cui nihil deest, quae potentissima virtute plantavit omnes rivulos fortium. Nam si Dominus vacuus esset propria virtute, quid tunc esset opus ejus? Certe vanum, ideoque in perfecto opere cernitur quis artifex ejus sit. Quapropter vides splendidissimam lucem quae sine ortu est, et cui nihil deesse potest; quae designat Patrem, et in ipsa sapphirini coloris specie hominis sine omni macula imperfectionis invidiae et iniquitatis declarat Filium, ante tempora secundum divinitatem a Patre genitum, sed post in tempore secundum humanitatem in mundo incarnatum. Quae tota suavissimo rutilante igne flagrat, qui ignis sine tactu ullius aridae et tenebrosae mortalitatis demonstrat Spiritum sanctum de quo idem Unigenitus Dei secundum carnem conceptus et de virgine temporaliter natus, lumen verae claritatis mundo infudit. Sed quod illa splendida lux perfundit universum illum rutilantem ignem, et ille rutilans ignis totam illam splendentem lucem ac splendida lux rutilans ignis totam speciem hominis, lumen unum in una virtute et potestate existentes: hoc est quia Pater qui summa aequitas, sed non sine Filio nec Spiritu sancto est, et Spiritus sanctus qui accensor cordium fidelium, sed non sine Patre et Filio, et Filius qui est plenitudo virtutis, sed non sine Patre et Spiritu sancto, in majestate divinitatis inseparabiles sunt, quoniam Pater non est sine Filio, nec Filius sine Patre, nec Pater et Filius sine Spiritu sancto, nec Spiritus sanctus sine ipsis, et hae tres personae Deus unus in una integra divinitate majestatis existunt: et unitas Divinitatis in eisdem tribus personis inseparabilis vigens, quia Divinitas scindi non potest, sed ipsa absque ulla mutabilitate inviolabilis semper manet, sed et Pater declaratur per Filium, Filius per ortum creaturarum, et Spiritus sanctus per eumdem Filium incarnatum.

Entonces vi una luz esplendidísima y en ella una semejanza de hombre de color de zafiro que ardía toda con un fuego rutilante suavísimo, y aquella luz espléndida bañaba todo aquel fuego rutilante, y aquel fuego rutilante toda aquella luz resplandeciente, y aquella luz esplendidísima y el fuego rutilante toda la semejanza del hombre, existiendo como una sola luz con una sola virtud y potencia. Y de nuevo oí a aquella luz viviente diciéndome: Este es el sentido de los misterios de Dios, para que se discierna y entienda discretamente cuál sea aquella plenitud que no tiene origen y a la que nada le falta, la cual con virtuosísima potencia plantó todos los arroyos de los fuertes. Pues si el Señor estuviera vacío de su propia virtud, ¿qué sería entonces su obra? Ciertamente vana, y por eso en la obra perfecta se discierne quién sea su artífice. Por lo cual ves la luz esplendidísima que no tiene origen, y a la que nada le puede faltar; la cual designa al Padre, y en ella la semejanza de hombre de color de zafiro sin ninguna mancha de imperfección de envidia e iniquidad declara al Hijo, engendrado del Padre antes de los tiempos según la divinidad, pero después encarnado en el mundo en el tiempo según la humanidad. La cual arde toda con un fuego rutilante suavísimo, cuyo fuego sin el contacto de ninguna mortalidad árida y tenebrosa demuestra al Espíritu Santo por el cual el mismo Unigénito de Dios fue concebido según la carne y nacido de la virgen temporalmente, e infundió en el mundo la luz de la verdadera claridad. Pero que aquella luz espléndida bañe todo aquel fuego rutilante, y aquel fuego rutilante toda aquella luz resplandeciente, y la luz espléndida y el fuego rutilante toda la semejanza del hombre, existiendo como una sola luz en una sola virtud y potestad: esto es porque el Padre, que es la suma equidad, pero no sin el Hijo ni el Espíritu Santo, y el Espíritu Santo, que es el encendedor de los corazones de los fieles, pero no sin el Padre y el Hijo, y el Hijo, que es la plenitud de la virtud, pero no sin el Padre y el Espíritu Santo, son inseparables en la majestad de la divinidad, ya que el Padre no es sin el Hijo, ni el Hijo sin el Padre, ni el Padre y el Hijo sin el Espíritu Santo, ni el Espíritu Santo sin ellos, y estas tres personas existen como un solo Dios en una sola e íntegra divinidad de majestad: y la unidad de la Divinidad en las mismas tres personas vigentes es inseparable, porque la Divinidad no puede ser escindida, sino que ella misma permanece siempre inviolable sin ninguna mutabilidad, pero tanto el Padre es declarado por el Hijo, el Hijo por el nacimiento de las criaturas, y el Espíritu Santo por el mismo Hijo encarnado.

Quomodo? Pater est qui ante saecula genuit Filium; Filius, per quem omnia a Patre facta sunt in initio creaturarum, et Spiritus sanctus, qui in specie columbae apparuit in baptismate Filii Dei in fine temporum. Unde nunquam obliviscatur homo me solum Deum in his tribus personis invocare; quia eas propterea ostendi homini ut homo tanto strictius in amore meo ardeat, cum propter amorem ejus misi proprium Filium in mundum quemadmodum Joannes dilectus meus protestatur, dicens: In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium suum Unigenitum misit Deus in mundum ut vivamus per eum. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum; sed quoniam ipse prior dilexit nos, et misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris (I Joan. IV). Quid hoc? Quia in hoc quod Deus dilexit nos: alia salus exorta est quam illa quam in proximo ortu habuimus cum haeredes innocentiae et sanctitatis fuimus, quoniam supernus Pater ostendit charitatem suam in periculis nostris quando constituti eramus in poenis: Verbum suum solum inter filios hominum in perfecta sanctitate, mittens per supernam virtutem in tenebras saeculorum ubi ipsum Verbum omnia bona operatum illos ad vitam per mansuetudinem suam reduxit qui per immunditiam praevaricationis dejecti erant, nec in sanctitatem quam perdiderant redire valebant. Quid hoc? Nam per ipsum fontem vitae paterna dilectio amplexionis Dei venit; quae nos ad vitam educavit, et quae in periculis auxiliatrix nostra fuit quae est profundissima et suavissima charitas, nos ad poenitentiam instruens. Quomodo? Deus magni operis sui atque pretiosissimae suae margaritae, hominis, inquam, quem de limo terrae formavit et cui spiraculum vitae inspiravit, misericorditer recordatus est. Quomodo? Ipse instruxit vitam in poenitentiam cujus efficacia nunquam peribit; quia callidus serpens decepit hominem per superbam invasionem, sed Deus dejecit illum in poenitentia quae humilitatem ostendit, quam diabolus nescivit nec fecit; quoniam ad rectam viam assurgere ignoravit. Unde ista salvatio charitatis non est orta a nobis, quia nec novimus nec valuimus diligere Deum in salvatione, sed quia ipse Creator et Dominus omnium ita dilexit mundum quod propter salvationem ejus misit Filium suum, principem et Salvatorem fidelium, qui vulnera nostra lavit et tersit, unde etiam de illo dulcissima medicina sudavit, ex qua omnia bona salvationis fluunt. Quapropter et tu, o homo, intellige, quia Deum nulla instabilitas mutabilitatis tangit. Nam Pater est Pater, Filius est Filius, Spiritus sanctus est Spiritus sanctus: tres personae in unitate divinitatis indivisibiliter vigentes. Quomodo? Tres vires in lapide, et tres in flammam, et tres in verbo sunt.

¿Cómo? El Padre es quien antes de los siglos engendró al Hijo; el Hijo, por quien todas las cosas fueron hechas por el Padre en el inicio de las criaturas, y el Espíritu Santo, que apareció en forma de paloma en el bautismo del Hijo de Dios al final de los tiempos. Por lo cual nunca se olvide el hombre de invocarme a mí, único Dios, en estas tres personas; porque por eso las mostré al hombre para que el hombre arda tanto más estrechamente en mi amor, cuando por amor a él envié a mi propio Hijo al mundo como Juan mi amado protesta, diciendo: "En esto apareció la caridad de Dios en nosotros, porque Dios envió a su Hijo Unigénito al mundo para que vivamos por él. En esto está la caridad, no como si nosotros hubiéramos amado a Dios; sino porque Él nos amó primero a nosotros, y envió a su Hijo como propiciación por nuestros pecados" (1 Juan 4). ¿Qué es esto? Porque en esto que Dios nos amó: otra salvación ha surgido que aquella que tuvimos en el origen próximo cuando fuimos herederos de la inocencia y de la santidad, ya que el Padre superno mostró su caridad en nuestros peligros cuando estábamos constituidos en las penas: enviando a su Verbo solo entre los hijos de los hombres en perfecta santidad, por la virtud superna hacia las tinieblas de los siglos donde el mismo Verbo habiendo obrado todos los bienes redujo a la vida por su mansedumbre a aquellos que por la inmundicia de la prevaricación habían sido derribados, ni podían volver a la santidad que habían perdido. ¿Qué es esto? Pues por la misma fuente de la vida vino la dilección paterna del abrazo de Dios; la cual nos educó para la vida, y la cual fue nuestra auxiliadora en los peligros, que es la caridad profundísima y suavísima, instruyéndonos para la penitencia. ¿Cómo? Dios se acordó misericordiosamente de su gran obra y de su preciosísima margarita, el hombre, digo, a quien formó del limo de la tierra y a quien inspiró el soplo de la vida. ¿Cómo? Él mismo instruyó la vida hacia la penitencia cuya eficacia nunca perecerá; porque la astuta serpiente engañó al hombre por la soberbia invasión, pero Dios le derribó en la penitencia que muestra la humildad, la cual el diablo no conoció ni hizo; ya que no supo alzarse hacia el camino recto. Por lo cual esta salvación de la caridad no ha surgido de nosotros, porque ni conocimos ni pudimos amar a Dios en la salvación, sino porque el mismo Creador y Señor de todas las cosas amó tanto al mundo que por su salvación envió a su Hijo, príncipe y Salvador de los fieles, que lavó y limpió nuestras heridas, de donde también de Él sudó la dulcísima medicina, de la cual fluyen todos los bienes de la salvación. Por lo cual también tú, oh hombre, entiende, porque ninguna inestabilidad de mutabilidad toca a Dios. Pues el Padre es el Padre, el Hijo es el Hijo, el Espíritu Santo es el Espíritu Santo: tres personas que vigentes indivisiblemente en la unidad de la divinidad. ¿Cómo? Hay tres fuerzas en una piedra, y tres en una llama, y tres en una palabra.

Quomodo? In lapide est virtus humoris, virtus palpabilitatis et ignea vis, sed virtutem humoris habet ne dissolvatur et comminuatur; palpabilem vero comprehensionem ut habitationem et defensionem exhibeat, igneam autem virtutem ut confoveatur et consolidetur ad duritiam suam; ipsa autem humida virtus significat Patrem; qui nunquam arescit aut finitur in sua virtute, et palpabilis comprehensio designat Filium; qui natus ex virgine tangi et comprehendi potuit, et vis rutilantis ignis significat Spiritum sanctum; qui est accensor et illuminator cordium fidelium hominum. Quid hoc? Sicut homo qui corpore suo frequenter humidam virtutem lapidis attrahit, inde infirmando debilitatur; sic et homo qui per instabilitatem cogitationum suarum temere vult Patrem intueri, perit in fide, et ut in palpabili comprehensione lapidis faciunt homines habitationem suam se per eam ab hostibus defendentes; ita et Filius Dei qui est verus lapis angularis, habitatio est fidelis populi, eum a malignis spiritibus protegens. Sed et sicut rutilans ignis illuminat tenebrosa, comburens ea super quae incubuerit; sic et Spiritus sanctus fugat infidelitatem, auferens omnem rubiginem iniquitatis. Et quo modo hae tres vires sunt in uno lapide, ita et vera trinitas est in una deitate.

Pues el cordero inocente que sin ninguna mancha de pecado entró en la fuente del bautismo, con el gran sacramento de su encarnación quitó misericordiosamente en el bautismo los crímenes de los pecados de los hombres. Pero todo lo escruto atentísimamente, tanto en este siglo como en la eternidad donde no hay muerte de los cuerpos, sino que todo está abierto. ¿Qué es esto? La Gehena se prueba en las obras de muerte, y la vida eterna en las obras que pertenecen a la vida. ¿Cómo? La muerte se prueba por la muerte, porque cuando el hombre sin penitencia y sin la misericordia de Dios (ya que no la busca) muere en sus pecados por el justo juicio de Dios; pues la muerte se discute en la muerte del infierno. La vida también se prueba por la vida; de modo que las buenas obras brillan en los cielos, cuando la vida eterna domina sobre ellas. Así también los que son bautizados en la fuente de la bendición, son probados en la santidad de la santa regeneración. Y cuando allí soy invocado por la invocación de la bendición del sacerdote, mis oídos están abiertos a las palabras de la fe, aunque el que allí me invoca esté en las obligaciones de los pecados. Pues, aunque el sacerdote sea pecador, sin embargo recibo de él el oficio del bautismo si lo ejerce fielmente por la invocación de mi nombre. Mas la iniquidad de él mismo lo condenará si en ella permaneciere sin penitencia. Pero no rehúso recibir de él la celebración del bautismo cuando me hubiere invocado en las palabras de la fe. ¿Qué es esto? Si algún hombre rico tiene un dispensador que, dispensando rectamente sus bienes a sus soldados, ejerce fielmente su oficio, el cual aunque el mismo dispensador sea culpable de otra obra suya; sin embargo su señor no se digna recibir de él su oficio, diciéndole tal vez: Siervo malvado en tu obra, por lo cual también lo tiene por indigno en su mente; pero no desdeñando recibir de él el oficio de su justicia. Así también yo, que tengo muchísimos dispensadores, de un sacerdote que rectamente ungido permanece fielmente en su oficio, aunque deba ser culpado por sus otras obras, no me desdeño de recibir mi sacramento, juzgándolo sin embargo contrario a mí por sus otros actos injustos, pero no contemniendo recibir de él lo que es mío.

Pero si alguno que debe ser bautizado, pensando que la separación de su alma y de su cuerpo está cerca, buscare el bautismo y no pudiere tener un sacerdote por quien sea bautizado, entonces si alguno lo rociare por la invocación de la trina majestad, bautizado está. Y recibirá la remisión de sus pecados, y la gracia de la beatitud superna por esta perfusión, porque ha sido rociado en la fe católica, ni este bautismo podrá ser cambiado. Pero sin embargo en esta invocación ninguna persona de estas tres inefables personas debe ser omitida, ya que si allí alguna de ellas por infidelidad se omite invocar; entonces allí la verdad no obra la salvación, sino más bien la falsedad atribuye el engaño. Por lo cual también allí la invocación de esta inefable Trinidad no faltará; porque tampoco al purísimo bautismo de mi Hijo faltó la Trinidad, sino que allí declaró maravillosamente sus maravillas por sí misma.

Quapropter et homines qui salvari desiderant, regenerationem vitae ad salvationem percipiant; et hanc percipere non negligant ne pereant, quia ut abortivum abjicitur quod perit sine calore vitae nec in formatione nec in excitatione adhaerens visceribus matris suae, ita etiam in periculo mortis sine consolatione Spiritus sancti detinentur; qui nec in mente nec in opere sacramentis Ecclesiae quae mater totius sanctitatis existit purificantur. Hoc audiant et intelligant omnes populi; qui regnum Dei in regeneratione spiritus et aquae intrare volunt, secundum quod eis in sanctis Scripturis per donum Spiritus sancti propositum est. Sed qui vigilantibus oculis videt et attentis auribus audit, hic mysticis verbis meis quae de me vivente emanant, osculum amplexionis praebeat.

VISIO QUARTA

VISIO QUARTA SUMMARIUM.---Quod omnis baptizatus per unctionem episcopi ornari et stabiliri debet.

Quod immensa et indeficiens dulcedo Spiritus sancti, datur in confirmatione. Quod ineffabilis Trinitas in confirmatione manifestatur et viridissimis virtutibus declaratur. Quod Ecclesia unctione Spiritus sancti munita, nunquam in errore perversitatis dejici potest. Verba Moysi de eadem re. Quod baptizati in unctione chrismatis a pontifice decorantur. Verba libri Regum ad eamdem rem. Quod baptizatus et non confirmatus claritatem baptismatis habet et ornatum et unctionem superioris doctoris sui non habet. Quod in honore Spiritus sancti per solos episcopos confirmatio exercenda est. Qui confirmandum manibus tenet, in carnali procreatione ei non conjungatur. Qui post baptismum ad diabolum revertitur, nisi poenituerit, condemnabitur; qui autem baptismum fideliter sequitur, a Deo suscipitur, Ecclesia pro filiis suis Deum exorante. Tres modi quibus Ecclesia resonat ut tuba. De diversitate baptizatorum multimoda. Verba Ezechielis de eodem.

Et deinde vidi velut magnam et rotundam turrim: totam integrum et candidum lapidem existentem, tresque fenestras in summitate sui habentem, ex quibus tantus fulgor resplenduit, ut etiam tectum turris illius, quod se velut in cavum erexerat, in claritate fulgoris illius manifestius conspiceretur. Ipsae autem fenestrae pulcherrimis smaragdis circum ornatae erant. Sed et illa turris velut in medio dorsi praedictae muliebris imaginis imposita erat, instar turris alicujus quae in muro urbis imponitur; ita quod illa imago prae fortitudine ejus nullo modo cadere poterat.

Por lo cual también los hombres que desean salvarse, perciban la regeneración de la vida para la salvación; y no descuiden percibirla para que no perezcan, porque como es desechado lo abortivo que perece sin el calor de la vida, no adhiriéndose ni en la formación ni en la excitación a las vísceras de su madre, así también en el peligro de la muerte son detenidos sin el consuelo del Espíritu Santo; quienes ni en la mente ni en la obra son purificados por los sacramentos de la Iglesia, que existe como madre de toda santidad. Oigan esto y entiéndanlo todos los pueblos; los que quieren entrar en el reino de Dios en la regeneración de espíritu y agua, según lo que les ha sido propuesto en las santas Escrituras por el don del Espíritu Santo. Mas el que con ojos vigilantes ve y con oídos atentos oye, dé aquí el ósculo del abrazo a mis palabras místicas que emanan de mí, el viviente.

Visión C

UARTA

SUMARIO.---Que todo bautizado debe ser adornado y estabilizado por la unción del obispo.

Que la inmensa e indeficiente dulzura del Espíritu Santo se da en la confirmación. Que la inefable Trinidad se manifiesta en la confirmación y se declara por verdísimas virtudes. Que la Iglesia, protegida por la unción del Espíritu Santo, nunca puede ser derribada en el error de la perversidad. Palabras de Moisés sobre la misma cosa. Que los bautizados son decorados por el pontífice en la unción del crisma. Palabras del libro de los Reyes para la misma cosa. Que el bautizado y no confirmado tiene la claridad del bautismo y no tiene el adorno y la unción de su doctor superior. Que en honor del Espíritu Santo la confirmación debe ser ejercida solo por los obispos. El que sostiene con las manos al que va a ser confirmado, no se una a él en la procreación carnal. El que después del bautismo vuelve al diablo, a no ser que se arrepienta, será condenado; mas el que fielmente sigue el bautismo, es recibido por Dios, orando la Iglesia a Dios por sus hijos. Tres modos en que la Iglesia resuena como trompeta. De la diversidad multiforme de los bautizados. Palabras de Ezequiel sobre lo mismo.

Y luego vi como una torre grande y redonda: que consistía toda ella en una piedra íntegra y blanca, y que tenía tres ventanas en su cumbre, de las cuales resplandeció tanto fulgor, que hasta el techo de aquella torre, que se había erigido como en hueco, se distinguía más manifiestamente en la claridad de aquel fulgor. Mas las ventanas mismas estaban adornadas alrededor con hermosísimas esmeraldas. Pero también aquella torre estaba impuesta como en medio de la espalda de la predicha imagen mujeril, a semejanza de alguna torre que se impone en el muro de una ciudad; de modo que aquella imagen por la fortaleza de ella de ningún modo podía caer.

Et infantes illos qui ventrem imaginis (ut praedictum est) subierant, vidi multa claritate radiantes; quorum alii in fronte usque ad pedes ipsorum, velut aureo colore ornati erant; alii vero claritatem tantum habentes, illo colore carebant. Ex ipsis item aliqui purum et lucidum splendorem; alii vero quemdam turbidum et rubeum fulgorem ad orientem vergentem inspiciebant. Sed ex iis qui ipsum purum et lucidum splendorem considerabant, quidam claros oculos et fortes pedes habentes in ventre illius imaginis fortiter incedebant. Alii autem infirmos oculos et debiles pedes habentes, huc et illuc a vento propellebantur. Sed et ipsi baculum manibus tenentes, coram imagine volitabant, ac eam aliquando sed tamen tepide feriebant. Quidam vero serenos oculos sed imbecilles pedes habentes, ante imaginem illam hac et illac in aere discurrebant. Alii autem infirmos oculos, sed fortes pedes habebant, et tamen coram imagine Iente ambulabant. Sed ex iis qui illum turbidum et rubeum fulgorem inspiciebant, alii in praefata imagine bene ornati alacriter incedebant; alii ex ipsa se rapientes, eam impugnabant, et ordinatas constitutiones ejus evertebant, de quibus quidam per fructum poenitentiae ad ipsam humiliter revertebantur; quidam vero per contemptum in obdurata elatione mortis remanebant. Et iterum audivi vocem de coelo mihi dicentem: Sicut nova sponsa agni post illustrationem inundationum quae orta est in sole justitiae, qui mundum sua perfusione sanctificavit, in igneo ardore Spiritus sancti decorata et confirmata ad perfectionem decoris sui est; ita etiam fidelis homo qui regenerationem in spiritu et aqua percipit, per unctionem superioris doctoris ornari et stabiliri debet, ut in omnibus membris suis ad effectum beatitudinis conformatus plenitudinem fructus summae justitiae proferens, decorem sui ornatus perfecte inveniat. Quapropter turris haec, quam vides, designat flagrationem donorum Spiritus sancti quam misit Pater in mundum propter amorem filii sui, incendentem corda discipulorum illius in igneis linguis, unde robustiores redditi sunt in nomine sanctae et verae Trinitatis. Sed quod ipsi ante adventum ejusdem ignei Spiritus sancti in habitaculo suo clausi sedebant, clausuram corporis ipsorum ostendebant, per quam timidi ad loquendam justitiam Dei, et imbecilles ad patiendas poenas adversariorum erant. Et quia filium meum in carne viderant, ideo clausis interioribus oculis suis illum in carne diligebant: ita quod tunc non videbant apertam doctrinam quam postea in mundum effuderunt, cum in Spiritu sancto robustiores effecti sunt. In cujus adventu ita confirmati sunt, ut nullam poenam abhorrerent, quin strenue tolerarent eam. Haec est enim fortitudo turris hujus, per quam Ecclesia ita roborata est, quod nulla insania diabolici furoris superari poterit.

Y a aquellos infantes que habían entrado en el vientre de la imagen (como se ha dicho antes), los vi radiantes con mucha claridad; de los cuales algunos en la frente hasta los pies de ellos, estaban adornados como con color áureo; otros en verdad teniendo solo claridad, carecían de aquel color. Asimismo algunos de ellos contemplaban un esplendor puro y lúcido; otros en verdad un cierto fulgor turbio y rojo que se inclinaba hacia el oriente. Pero de los que consideraban el mismo esplendor puro y lúcido, algunos teniendo ojos claros y pies fuertes caminaban fuertemente en el vientre de aquella imagen. Otros sin embargo teniendo ojos enfermos y pies débiles, eran impulsados de aquí para allá por el viento. Pero ellos mismos sosteniendo un báculo en las manos, volaban ante la imagen, y a veces pero sin embargo tibiamente la golpeaban. Algunos en verdad teniendo ojos serenos pero pies imbéciles, discurrían de aquí para allá en el aire ante aquella imagen. Otros sin embargo tenían ojos enfermos, pero pies fuertes, y sin embargo caminaban lentamente ante la imagen. Pero de los que contemplaban aquel fulgor turbio y rojo, algunos en la prefata imagen bien adornados caminaban alacremente; otros arrebatándose de ella misma, la impugnaban, y subvertían sus ordenadas constituciones, de los cuales algunos por el fruto de la penitencia volvían humildemente a ella; algunos en verdad por el desprecio permanecían en la endurecida elación de la muerte. Y de nuevo oí una voz del cielo que me decía: Así como la nueva esposa del cordero después de la ilustración de las inundaciones que surgió en el sol de la justicia, que santificó al mundo con su perfusión, ha sido decorada y confirmada en el ígneo ardor del Espíritu Santo para la perfección de su decoro; así también el hombre fiel que percibe la regeneración en el espíritu y el agua, debe ser adornado y estabilizado por la unción del doctor superior, para que en todos sus miembros conformado al efecto de la beatitud proferiendo la plenitud del fruto de la suma justicia, encuentre perfectamente el decoro de su adorno. Por lo cual esta torre que ves, designa la flagración de los dones del Espíritu Santo que envió el Padre al mundo por causa del amor de su hijo, encendiendo los corazones de los discípulos de aquel en lenguas de fuego, por lo cual han sido hechos más robustos en el nombre de la santa y verdadera Trinidad. Pero que ellos mismos antes del advenimiento del mismo ígneo Espíritu Santo estaban sentados cerrados en su habitáculo, mostraba la clausura del cuerpo de ellos, por la cual eran tímidos para hablar la justicia de Dios, e imbéciles para padecer las penas de los adversarios. Y porque habían visto a mi hijo en la carne, por eso con sus ojos interiores cerrados lo amaban en la carne: de modo que entonces no veían la abierta doctrina que después difundieron por el mundo, cuando en el Espíritu Santo fueron hechos más robustos. En cuyo advenimiento de tal modo fueron confirmados, que ninguna pena aborrecían, sino que la toleraban con denuedo. Esta es pues la fortaleza de esta torre, por la cual la Iglesia ha sido de tal modo robustecida, que por ninguna insania del furor diabólico podrá ser superada.

Sed quod eam vides magnam et rotundam, totamque integrum et candidum lapidem existentem, hoc est quod immensa est dulcedo Spiritus sancti, et volubilis in gratia omnes creaturas circuiens; ita quod nulla corruptela in integritate plenitudinis justitiae eam evacuat; quoniam ipsa torrens iter habens, omnes rivulos sanctitatis in claritate fortitudinis illius emittit, in qua nunquam maculositas ullius sordis inventa est, quia ipse Spiritus sanctus est ardens et lucens claritas et quae ardentes virtutes fortiter accendit et nunquam exstinguetur, ac ideo omnes tenebrae ab eo fugantur.

Quae tres fenestras in summitate sui habet: ex quibus tantus fulgor resplendet, ut etiam tectum turris illius quod se velut in cavum erigit in claritate fulgoris illius manifestius conspiciatur, quia ineffabilis Trinitas in effusione donorum excellentiae Spiritus sancti manifestatur; ita quod ex eadem beatissima Trinitate tanta claritas justitiae per doctrinam apostolorum emanat, ut etiam exinde fortissima virtus divinitatis quae incomprehensibilis in altitudine omnipotentiae majestatis suae existit, homini mortali creaturae apertius innotescat; sed tamen ita quantum fide credentis et fidelis hominis, capi possibile dignoscitur. Unde ipsae fenestrae pulcherrimis smaragdis circumornatae sunt; quoniam ipsa beatissima Trinitas virentissimis virtutibus et aerumnis apostolorum quae nunquam ariditatem tepiditatis fidei sensisse dicitur, ubique in toto mundo apertissime declarata est. Quomodo? Quia notum est quomodo propter fidem veritatis, rapacissimi lupi eos diversis pressuris oppresserunt; unde robustiores ad bellum certaminis effecti sunt: ita quod praeliando Ecclesiam acquisierunt, et eam ad aedificationem fidei fortissimis virtutibus roboraverunt: et multimodis coruscationibus virtutum ornaverunt. Et quoniam Ecclesia in inspiratione Spiritus sancti per eas ita confirmata est, idcirco et ipsa vult et exposcit ut filii sui ornentur signo Spiritus sancti in hac unctione, ut idem Spiritus sanctus penetravit corda fidelium in alta misericordia quae valde mystica est, ita quod in igneis linguis per voluntatem Dei Patris in mundum venit. Quapropter et homo baptismate salvationis perfusus confirmandus est unctione excellentis doctoris, sicut et Ecclesia super firmam petram firmata est.

Unde eadem turris velut in medio dorsi praedictae muliebris imaginis imposita est, instar turris quae in muro urbis imponitur, ita quod illa imago prae fortitudine ejus nullo modo cadere poterat; quia Spiritus sanctus in maxima fortitudine incarnationis illius qui verus sponsus Ecclesiae existit, mirabilia sua mirabiliter operatus est, et ecclesiam tam fortem in defensione munitionis suae ostendit;

Pero que la veas grande y redonda, y consistiendo toda ella en una piedra íntegra y blanca, esto es que inmensa es la dulzura del Espíritu Santo, y voluble en la gracia rodeando a todas las criaturas; de modo que ninguna corrupcción en la integridad de la plenitud de la justicia la evacua; ya que ella misma teniendo un camino torrencial, emite todos los arroyos de la santidad en la claridad de la fortaleza de ella, en la cual nunca fue encontrada la mancha de ninguna suciedad, porque el mismo Espíritu Santo es claridad ardiente y luciente y la cual enciende fuertemente las ardientes virtudes y nunca se extinguirá, y por eso todas las tinieblas son ahuyentadas por él.

La cual tiene tres ventanas en su cumbre: de las cuales resplandece tanto fulgor, que hasta el techo de aquella torre, que se erige como en hueco, se distingue más manifiestamente en la claridad de aquel fulgor, porque la inefable Trinidad se manifiesta en la efusión de los dones de la excelencia del Espíritu Santo; de modo que de la misma beatísima Trinidad emana tanta claridad de justicia por la doctrina de los apóstoles, que hasta desde allí la fortísima virtud de la divinidad, que existe como incomprensible en la altura de la omnipotencia de su majestad, se hace más abiertamente conocida al hombre mortal, la criatura; pero sin embargo tanto cuanto se discierne posible ser captado por la fe del hombre creyente y fiel. Por lo cual las ventanas mismas están adornadas alrededor con hermosísimas esmeraldas; ya que la misma beatísima Trinidad ha sido declarada en todo el mundo muy abiertamente por las verdísimas virtudes y las fatigas de los apóstoles, de las cuales se dice que nunca sintieron la aridez de la tibieza de la fe. ¿Cómo? Porque es conocido cómo, por causa de la fe de la verdad, rapacísimos lobos los oprimieron con diversas presiones; por lo cual fueron hechos más robustos para la guerra del certamen: de modo que peleando adquirieron la Iglesia, y la robustecieron para la edificación de la fe con fortísimas virtudes: y la adornaron con multiformes coruscaciones de virtudes. Y ya que la Iglesia fue así confirmada por ellas en la inspiración del Espíritu Santo, por eso ella misma también quiere y exige que sus hijos sean adornados con el signo del Espíritu Santo en esta unción, como el mismo Espíritu Santo penetró los corazones de los fieles en la alta misericordia que es muy mística, de modo que vino al mundo en lenguas de fuego por la voluntad de Dios Padre. Por lo cual también el hombre rociado por el bautismo de la salvación debe ser confirmado por la unción del excelente doctor, así como también la Iglesia ha sido afirmada sobre una firme piedra.

Por lo cual la misma torre fue colocada como en medio de la espalda de la mencionada imagen mujeril, a semejanza de una torre que se coloca en el muro de una ciudad, de modo que aquella imagen por ningún motivo podía caer a causa de su fortaleza; porque el Espíritu Santo ha obrado maravillosamente sus maravillas en la máxima fortaleza de la encarnación de Aquel que existe como verdadero esposo de la Iglesia, y mostró a la Iglesia tan fuerte en la defensa de su fortificación;

ut illa ob eam fortitudinem qua ab igneo dono ejus munita est, nunquam in errore ullius perversitatis decidere possit; quoniam per supernam protectionem in amore sponsi sui sine macula et sine ruga semper gaudebit; quia et idem unigenitus meus de Spiritu sancto conceptus, nobiliter sine macula ex virgine natus est; quemadmodum ad Mosem locutus sum: Ecce, inquit, est locutus apud me; stabisque supra petram, cumque transibit gloria mea, ponam te in foramine petrae, et proteget te dextera mea, donec pertranseam, tollamque manum meam, et videbis posteriora mea (Exod. XXXIII). Quid hoc? Prope est miraculum; quod implebitur in voluntate mea. Sed tu prius pugnabis in duritia legalium praeceptorum, per exteriorem significationem vim eorum ostendens: ubi dulcedinem et levitatem non invenies quae in Filio meo aperietur. Et haec duritia legis quam in praecepto meo scribes, tandiu in duritia lapideorum cordium stabit, quousque omnis gloria illa manifestabitur quae mihi a te et ab imitatoribus tuis usque ad manifestationem Filii mei exhibenda est. Cumque hoc adimpletur in lege quam nunc scribis, glorificabor, ponamque te in perforatum lapidem. Quomodo? Ego ponam te in duritia legis cum te in praecepto meo super eam constituo; te videlicet magistrum hujus antiquitatis nominans, quam Filius perforabit: plus eam quam tu in mysticis verbis exponens, cum eum in opportuno tempore in mundum misero. Et ideo proteget te fortitudo ipsius; quia ipse acutiora verba quam tu afferet, et clausuram in legalibus praeceptis aperiet; donec ad me redeat. Quid hoc? Ipse tandiu salutaria verba mundo corporaliter dabit, donec in carne sua quam de virgine sumet, mortem corporaliter subeat. Tunc et ego tollam manum meam; quia super sidera eum ad me levabo, omnia mysteria ejus per Spiritum sanctum denudans; et sic videbis incarnationem ejus, ut cum homo a dorso cernitur et non ante perspicitur, quoniam eum incarnatum senties, sed divinitatem illius nom capies, quia filii tui magis eum videbunt cum ad me redierit, quam eum intellexerint cum apud eos visibiliter conversatus fuerit.

Et quod vides infantes illos qui ventrem imaginis (ut praedictum est), subierant multa claritate radiantes: hoc est quod ii qui in innocentia munditiae puri cordis per fontem regenerationis matrem, scilicet Ecclesiam, ut tibi praemonstratum est, adepti sunt: filii lucis propter ablutionem peccatorum suorum existunt. Quorum alii a fronte usque ad pedes velut aureo colore ornati sunt; quia ab initio bonorum operum usque ad finem sanctitatis per fulgentissima dona sancti Spiritus in unctione verae credulitatis per manum pontificis in chrismate decorantur.

para que ella, por aquella fortaleza con la que está protegida por su don ígneo, nunca pueda caer en el error de ninguna perversidad; ya que por la protección suprema siempre gozará sin mancha y sin arruga en el amor de su esposo; porque también el mismo Unigénito mío, concebido del Espíritu Santo, nació noblemente sin mancha de la virgen; tal como hablé a Moisés: «He aquí —dijo—, se ha hablado conmigo; y estarás sobre la piedra, y cuando pase mi gloria, te pondré en la hendidura de la piedra, y mi derecha te protegerá, hasta que yo pase, y quitaré mi mano, y verás mis espaldas» (Éx. 33). ¿Qué es esto? Cerca está el milagro; que se cumplirá en mi voluntad. Pero tú primero lucharás en la dureza de los preceptos legales, mostrando la fuerza de ellos por la significación exterior: donde no hallarás la dulzura y la ligereza que se abrirá en mi Hijo. Y esta dureza de la ley que escribirás en mi precepto, permanecerá tanto tiempo en la dureza de los corazones de piedra, hasta que se manifieste toda aquella gloria que me ha de ser exhibida por ti y por tus imitadores hasta la manifestación de mi Hijo. And cuando esto se cumpla en la ley que ahora escribes, seré glorificado, y te pondré en la piedra perforada. ¿Cómo? Yo te pondré en la dureza de la ley cuando te constituya sobre ella en mi precepto; llamándote a ti precisamente el maestro de esta antigüedad, que el Hijo perforará: exponiéndola más que tú con palabras místicas, cuando lo haya enviado al mundo en el tiempo oportuno. Y por eso la fortaleza de Él te protegerá; porque Él mismo traerá palabras más agudas que tú, y abrirá la clausura en los preceptos legales; hasta que regrese a mí. ¿Qué es esto? Él dará durante tanto tiempo palabras saludables al mundo corporalmente, hasta que sufra la muerte corporalmente en su carne que tomará de la virgen. Entonces también yo quitaré mi mano; porque lo elevaré hacia mí sobre los astros, desnudando todos sus misterios por medio del Espíritu Santo; y así verás su encarnación, como cuando un hombre es distinguido por la espalda y no es mirado de frente, ya que lo sentirás encarnado, pero no captarás su divinidad, porque tus hijos lo verán más cuando haya regresado a mí, de lo que lo entendieron cuando conversó visiblemente entre ellos.

Y el que veas a aquellos infantes que habían entrado en el vientre de la imagen (como se dijo antes), irradiando con mucha claridad: esto es que aquellos que han sido obtenidos en la inocencia de la pureza de un corazón puro por la madre de la fuente de la regeneración, a saber, la Iglesia, como se te mostró antes: existen como hijos de la luz por causa del lavamiento de sus pecados. Algunos de los cuales, desde la frente hasta los pies, están adornados como con un color dorado; porque desde el principio de las buenas obras hasta el fin de la santidad, son decorados en el crisma por la mano del pontífice a través de los resplandecientes dones del Espíritu Santo en la unción de la verdadera creencia.

Quomodo? Ut pretiosis lapidibus aurum decoratur cui imponuntur, ita et chrismate per manum superioris doctoris fideliter baptizatus in unctione baptismatis ornatus ostenditur; quemadmodum scriptum est: Rex quoque transgrediebatur torrentem Cedron; et cunctus populus incedebat contra viam olivae quae respiciebat ad desertum. Quid hoc? Filius virginis qui dominatur universo mundo, ut terrenus rex reliquo populo transgressus est torrentes aquas sacrosancti lavacri: quod in admonitione Spiritus sancti forti desiderio viam salutis demonstrat. Quid hoc? Ipse reliquit mortem transiens ad vitam, cum in regeneratione Spiritus et aquae, id est in magno ornamento urbis coelestis Hierusalem, quae nunquam deficit summam beatitudinem annuntiavit. Unde omnis populus qui in illum credebat, incessit per inspirationem Spiritus sancti per viam illam quae absconsa erat in unctione olei, respicientis ad praevaricationem Adae quae deserta erat pulchritudine haereditatis justitiae Dei, et ad hoc spectantis ut Adae posteritas ad salutem redire vellet; quia vulneratum peccatum primi hominis necesse habuit ut per sacerdotale officium inungeretur, quod filio virginis necesse non erat; quoniam ipse totus in sanctitate conceptus est non vulnerato nec corrupto matris suae utero, sed in integritatis honore perseverante. Nam quod per vulnera suggestionis diaboli maceratum et confusum est, hoc per unctionem olei impinguandum et ornandum est; ita quod edax livor abstergatur quem carnis concupiscentia operatur.

Alii vero, ut vides, claritatem tantum habentes aureo illo colore carebant; quoniam ipsi in baptismate ablutionis tantum mundati, unctionem superioris sui sacerdotis in chrismate non sunt adepti, quod signum ardentis Spiritus sancti est. Quid hoc? Unctio confirmandi per donum sancti Spiritus in episcopali officio specialiter fulget: quod populo fideli post regenerationem Spiritus et aquae exercendum est, cum credulus homo confirmandus est supra firmam petram. Quomodo? Filius meus baptisma in corpore suo suscepit: ipsum hoc pacto in carne sua sanctificans; in qua non est divisus; quia ipse solus virginis vivus Filius est, ac ideo filius hominis dictus, quoniam illa virgo eum non concepit ex utero, sed ex integritate virginitatis suae peperit illum. Qui post passionis miseriam et resurrectionis gloriam in eadem carne coelum penetravit ad me rediens, ac deinde Spiritus sanctus in igneo ardore mundum illustravit, confirmans omnem justitiam in cordibus discipulorum illius, cum eis aperuit quod antea absconsum erat.

¿Cómo? Como el oro es decorado por piedras preciosas sobre las que se colocan, así también el fielmente bautizado, en la unción del bautismo, se muestra adornado con el crisma por la mano del doctor superior; tal como está escrito: «También el rey cruzaba el torrente Cedrón; y todo el pueblo avanzaba por el camino del olivo que miraba hacia el desierto». ¿Qué es esto? El Hijo de la virgen que domina el mundo entero, como rey terrenal para el resto del pueblo, cruzó las aguas torrenciales del sacrosanto lavatorio: lo cual, en la amonestación del Espíritu Santo, muestra el camino de la salvación con fuerte deseo. ¿Qué es esto? Él mismo dejó la muerte pasando a la vida, cuando en la regeneración del Espíritu y del agua, esto es, en el gran ornamento de la ciudad celestial Jerusalén, que nunca falla, anunció la suma bienaventuranza. Por lo cual todo el pueblo que creía en Él, caminó por la inspiración del Espíritu Santo por aquel camino que estaba oculto en la unción del óleo, mirando hacia la prevaricación de Adán, que estaba desierta de la belleza de la herencia de la justicia de Dios, y mirando hacia esto, que la posteridad de Adán quisiera volver a la salvación; porque el pecado herido del primer hombre tuvo necesidad de que fuera ungido por el oficio sacerdotal, lo cual no fue necesario para el Hijo de la virgen; ya que Él mismo fue totalmente concebido en santidad, no estando herido ni corrompido el vientre de su madre, sino perseverando en el honor de la integridad. Pues lo que por las heridas de la sugestión del diablo fue macerado y confundido, esto debe ser engordado y adornado por la unción del óleo; de modo que sea borrada la voraz envidia que la concupiscencia de la carne produce.

Pero otros, como ves, teniendo solamente claridad, carecían de aquel color dorado; ya que ellos, solamente limpiados en el bautismo del lavamiento, no han alcanzado la unción de su sacerdote superior en el crisma, que es el signo del ardiente Espíritu Santo. ¿Qué es esto? La unción del que ha de ser confirmado brilla especialmente por el don del Espíritu Santo en el oficio episcopal: lo cual debe ser ejercido para el pueblo fiel después de la regeneración del Espíritu y del agua, cuando el hombre creyente ha de ser confirmado sobre una firme piedra. ¿Cómo? Mi Hijo recibió el bautismo en su cuerpo: santificando esto mismo por este pacto en su carne; en la cual no está dividido; porque Él solo es el Hijo vivo de la virgen, y por eso llamado hijo del hombre, ya que aquella virgen no lo concibió del vientre, sino que lo dio a luz de la integridad de su virginidad. El cual, después de la miseria de la pasión y la gloria de la resurrección, penetró en el cielo en la misma carne regresando a mí, y entonces el Espíritu Santo en ardor ígneo ilustró al mundo, confirmando toda justicia en los corazones de sus discípulos, cuando les abrió lo que antes estaba oculto.

Quomodo? Sic Spiritus sanctus corda illorum accondit, ut sol, cum sub nube incipit apparere, ardentem calorem suum ostendit in sua praeclara luce. Quid hoc? Amor Filii mei in mentibus eorum latenter ardebat; et ita calor Spiritus sancti eos penetrans fortissimum solem doctrinae illorum ostendebat, quoniam hoc est testimonium illud quod Spiritus sanctus Ecclesiae declaravit; ita quod mors, justitiae Dei resistere non valet.

Unde vos, o filii veritatis, audite et intelligite confirmationem Spiritus sancti; quam ipse in suavi unctione magisterii sui qui est magister omnium unctionum vobis benigne offert. Et ideo haec unctio in honore ejusdem Spiritus sancti per superiorem sacerdotem tantum exercenda est; quia omnis ecclesiasticus ordo in Spiritu sancto institutus est; et propterea haec unctio Spiritus sancti est. Quapropter et homo ille qui mysterium regenerationis ad vitam suscepit; si hoc modo non est unctus, tunc nec ornatum ecclesiasticae plenitudinis percepit, secundum quod ecclesia per flagrantem Spiritum sanctum ornata ostendit, ut supra monstratum est. Sed et quemadmodum Ecclesia in donis sancti Spiritus perficitur; sic et fidelis homo confirmandus est in unctione principalis doctoris, qui in honore Spiritus sancti formidandus magister est, quoniam idem Spiritus sanctus calore suo certissimam doctrinam Christiano populo ardenter profert et accendit. Unde qui in hac unctione sancti Spiritus sic uncto adhaeserunt, in saeculari procreatione, illi non conjungantur; quia in Spiritu sancto ei copulati sunt. Quid hoc? Fides portat hominem ad hanc unctionem: et ideo qui illum tunc in manibus tenet fidem designat, quae carnalia non quaerit, sed semper ad spiritualia tendit. Nam oculus meus videt hominem, ut in operibus suis venturus est ad me.

Quod si tu, o homo, post baptismum me dimittis et ad diabolum reverteris, inde justo judicio condemnaberis; quoniam magnum donum intellectus tibi dedi, et quia misericordiam meam in fonte baptismatis tibi ostendi. Omnes enim qui misericordiam meam in baptismo quaerunt, eam benigne inveniunt propter Filium meum in mundum venientem et multos labores in corpore suo sustinentem, et propterea, o homo, pugnas animae et corporis tui patienter debes tolerare, et propter Filium meum suscipiam te, et nemo repellendus est a lavacro baptismi qui illud in nomine meo fideliter sequitur, quia in quocunque tempore me homo quaerit, illum ferventer suscipio. Quod si postea illius opera prava erunt, ipsa eum judicant ad mortem.

¿Cómo? Así el Espíritu Santo encendió los corazones de ellos, como el sol, cuando comienza a aparecer bajo una nube, muestra su ardiente calor en su preclara luz. ¿Qué es esto? El amor de mi Hijo ardía latentemente en sus mentes; y así el calor del Espíritu Santo, penetrándolos, mostraba el fortísimo sol de la doctrina de ellos, ya que este es aquel testimonio que el Espíritu Santo declaró a la Iglesia; de modo que la muerte no tiene fuerza para resistir a la justicia de Dios.

Por lo cual vosotros, oh hijos de la verdad, oíd y entended la confirmación del Espíritu Santo; la cual Él mismo os ofrece benignamente en la suave unción de su magisterio, Él que es el maestro de todas las unciones. Y por tanto, esta unción debe ser ejercida solamente por el sacerdote superior en honor del mismo Espíritu Santo; porque todo orden eclesiástico ha sido instituido en el Espíritu Santo; y por eso esta unción es del Espíritu Santo. Por lo cual también aquel hombre que recibió el misterio de la regeneración para la vida; si no ha sido ungido de este modo, entonces no ha percibido el ornato de la plenitud eclesiástica, según lo que la Iglesia muestra adornada por el ardiente Espíritu Santo, como se mostró arriba. Pero así como la Iglesia se perfecciona en los dones del Espíritu Santo, así también el hombre fiel debe ser confirmado en la unción del doctor principal, que es un maestro temible en honor del Espíritu Santo, ya que el mismo Espíritu Santo, con su calor, presenta y enciende ardientemente la doctrina más cierta para el pueblo cristiano. Por lo cual, los que en esta unción del Espíritu Santo se han adherido así al ungido, en la procreación secular, no se unan a él; porque han sido acoplados a él en el Espíritu Santo. ¿Qué es esto? La fe lleva al hombre a esta unción: y por eso, quien entonces lo sostiene en sus manos designa la fe, que no busca las cosas carnales, sino que siempre tiende a las espirituales. Pues mi ojo ve al hombre, tal como en sus obras ha de venir a mí.

Pero si tú, oh hombre, después del bautismo me dejas y vuelves al diablo, entonces por un justo juicio serás condenado; ya que te di el gran don del intelecto, y porque te mostré mi misericordia en la fuente del bautismo. Pues todos los que buscan mi misericordia en el bautismo, la encuentran benignamente por causa de mi Hijo que vino al mundo y sostuvo muchos trabajos en su cuerpo, y por eso, oh hombre, debes tolerar pacientemente las luchas de tu alma y de tu cuerpo, y por causa de mi Hijo te recibiré, y nadie debe ser rechazado del lavatorio del bautismo que lo siga fielmente en mi nombre, porque en cualquier tiempo que el hombre me busca, lo recibo fervientemente. Pero si después sus obras fueran malvadas, ellas mismas lo juzgan a la muerte.

Ideo, o homo, in regeneratione Salvatoris inundare, atque in unctione sanctitatis inungere: mortemque fuge, et vitam imitare. Nam et mater fidelium quae Ecclesia est, ut filii sui mortem effugiant, et vitam inveniant, fideliter in ipsis exorat. Quomodo? Ipsa gemebundam vocem in filiis suis habet; quae adeo in ipsa posita est, usque dum plenitudo filiorum ejus in tabernaculum supernae civitatis ingrediatur. Et hanc vocem idcirco habet; ut me qui sum ante aevum admoneat semper videre et intueri, quod unigenitus meus incarnatus est, quatenus propter amorem illius filiis suis parcam; quos ipsa in regeneratione spiritus et aquae suscepit; quia coeleste regnum non possunt intrare nisi in salvatione. Unde sic resonat: Timete Patrem, amate Filium, et ardete in Spiritu sancto. Quomodo? Hic sonus de me Patre per Filium meum in sancto Spiritu ei datus est; qui est vox in ipsa resonans quasi tuba in civitate. Et alio modo non loquitur; nisi sic in filiis suis. Quapropter et ita fortissimus Deus admonetur per Filium suum ut parcat peccatis hominum, quae propter poenitentiam sine perditione toleranda sunt, quia ipse Filius Dei humanitatem sine peccato assumpsit. Qui non debuit indui polluta carne quae de semine peccati concepta est; quoniam Deus justus est, et quia splendor coelestis regni non tangitur ulla macula sordis. Et quomodo esse posset ut homo qui immensa foeditate maculatus est supernum regnum intraret, nisi per Filium meum sine sorde incarnatum? qui peccatores suscipit in poenitentia purgatos. Et quis posset hoc facere nisi Deus? Unde et Ecclesia ad filios suos convertitur, et eos materna dilectione fovet.

Sed quod vides quod ex praedictis infantibus alii quemdam purum et lucidum splendorem, alii vero quemdam turbidum et rubeum fulgorem ad orientem vergentem inspiciunt: hoc est quod ex filiis Ecclesiae quos ipsa innocentia corruptionis suae per virtutem Dei procreat, quidam puritatem spiritualis vitae in serenissima virtute fulgentem, terrena scilicet conculcantes, propter amorem veri solis attendunt: quidam autem carnales facultates quas multa diversitas vitiorum perturbat habentes, et tamen in recta fide fideliter ardentes, etiam propter supernam retributionem ad aeterna suspirant. Et ex iis qui ipsum purum et lucidum splendorem considerant quidam claros oculos et fortes pedes habent, ac in ventre imaginis potenter incedunt, quia hi cum coelestia sectantur in mandata Dei visum justae considerationis et incessum bonae consummationis ponunt; ita scilicet in intima amplexione maternae dilectionis ambulantes quod nec in caducis nec in aeternis devotionem suae intentionis muniunt. Alii autem infirmos oculos et debiles pedes habent; quoniam nec claram intentionem nec fortem exhibitionem ad opus perfectionis tenent, unde et huc et illuc a vento projiciuntur, quia in diversitatem morum per varias tentationes elationis funduntur.

Por tanto, oh hombre, inúndate en la regeneración del Salvador, y úngete en la unción de la santidad: y huye de la muerte, e imita la vida. Pues también la madre de los fieles, que es la Iglesia, para que sus hijos huyan de la muerte y encuentren la vida, ora fielmente en ellos. ¿Cómo? Ella tiene una voz quejumbrosa en sus hijos; la cual está de tal modo puesta en ella, hasta que la plenitud de sus hijos entre en el tabernáculo de la ciudad suprema. Y tiene esta voz por esta razón; para que me amoneste a mí, que soy antes de los siglos, a ver y mirar siempre que mi Unigénito se encarnó, a fin de que por amor de Él perdone a sus hijos; a los cuales ella recibió en la regeneración del espíritu y del agua; porque no pueden entrar en el reino celestial sino en la salvación. Por lo cual así resuena: «Temed al Padre, amad al Hijo, y arded en el Espíritu Santo». ¿Cómo? Este sonido le fue dado de mí, el Padre, por medio de mi Hijo en el Espíritu Santo; el cual es la voz que resuena en ella como una trompeta en la ciudad. Y no habla de otro modo; sino así en sus hijos. Por lo cual también el Dios fortísimo es amonestado por medio de su Hijo para que perdone los pecados de los hombres, los cuales, por causa de la penitencia, deben ser tolerados sin perdición, porque el mismo Hijo de Dios asumió la humanidad sin pecado. El cual no debió ser vestido de carne contaminada que fue concebida de la semilla del pecado; ya que Dios es justo, y porque el resplandor del reino celestial no es tocado por ninguna mancha de suciedad. ¿Y cómo podría ser que el hombre que está manchado con inmensa fealdad entrara en el reino supremo, sino por medio de mi Hijo encarnado sin mancha? que recibe a los pecadores purificados en la penitencia. ¿Y quién podría hacer esto sino Dios? Por lo cual también la Iglesia se vuelve hacia sus hijos, y los fomenta con amor materno.

Pero el que veas que, de los mencionados infantes, unos miran hacia un cierto esplendor puro y lúcido, pero otros miran hacia un cierto fulgor turbio y rojo que tiende hacia el oriente: esto es que de los hijos de la Iglesia que ella procrea por la virtud de Dios en la inocencia de su corrupción, algunos atienden a la pureza de la vida espiritual que brilla en una serenísima virtud, es decir, pisoteando las cosas terrenales por amor del verdadero sol; otros, en cambio, teniendo facultades carnales que una gran diversidad de vicios perturba, y sin embargo ardiendo fielmente en la recta fe, también suspiran por lo eterno a causa de la retribución suprema. Y de aquellos que consideran aquel esplendor puro y lúcido, algunos tienen ojos claros y pies fuertes, y caminan poderosamente en el vientre de la imagen, porque estos, mientras siguen las cosas celestiales, ponen la mirada de la justa consideración y el paso de la buena consumación en los mandamientos de Dios; caminando, es decir, en el íntimo abrazo del amor materno de tal modo que ni en lo caduco ni en lo eterno apoyan la devoción de su intención. Pero otros tienen ojos enfermos y pies débiles; ya que no mantienen ni una intención clara ni una fuerte exhibición para la obra de la perfección, por lo cual son arrojados de aquí para allá por el viento, porque se derraman en una diversidad de costumbres por varias tentaciones de soberbia.

Sed et ipsi baculum in manibus suis tenent, et coram imagine volitant ac eam aliquando sed tamen tepide ferunt; quoniam contumacem fiduciam in operibus suis ponentes, Ecclesiae Dei falso rumore se ostendunt, ac eam interdum sed tamen insipienter per saecularem prudentiam notant, quia cum per fictam simulationem sapientes apparent in conspectu hominum; stulti apud Deum per inanem gloriam efficiuntur. Quidam vero serenos oculos sed imbecilles pedes habentes, ante illam imaginem hac et illac in aere vagantur; quia cum ipsis divina praecepta per intuitum considerationis nota sint, in pede tamen completionis claudicantes, sic sponsae Christi per discursum propriae instabilitatis demonstrantur, ut in umbra sapientiam quaerentes, eamque in potestate sua se habere putantes antequam eos in mente ipsorum contingat et ullam vim illius obtineant. Alii autem infirmos oculos sed fortes pedes habent, et tamen coram eadem imagine debiliter ambulant; quoniam ipsi debilem intentionem ad opus bonum tenent, cum fortiter in operibus justitiae incedere deberent; sed in ecclesiasticis institutionibus simpliciter non currunt, quia magis ad terrena quam ad coelestia mentem figunt; et ideo apud Deum stulti sunt, quoniam per saecularem prudentiam comprehendere volunt quod assequi non possunt. Sed ex iis quae illum turbidum et rubeum fulgorem inspiciunt, alii in praefata imagine bene ornati fortiter incedunt; quia ista quamvis terrena possideant, tamen in visceribus Ecclesiae ornatum laborum suorum portantes, in divina lege pedem rectitudinis ponere non dedignantur, cum mandatis Dei obedientes peregrinos suscipiunt, nudos vestiunt, et esurientes alunt. O quam felices isti sunt, quoniam hoc modo Deum suscipiunt, unde et ipse habitat cuim illis. Alii autem ex ipsa imagine se rapientes eam impugnant, et constitutas ordinationes ejus opprimunt; quoniam hi, materna viscera et dulcia nutrimenta Ecclesiae deserentes, illam variis erroribus fatigant, et ideo constitutas leges ejus diversis oppressionibus dilaniant; de quibus quidam per fructum primae ad ipsam humiliter revertuntur; quia quod graviter deliquerunt, digne poenitendo propter restaurationem vitae graviter in se puniunt: quidam vero per contemptum obdurationis in elatione mortis remanent, quoniam ipsi vitam negligentes, obdurato corde propter contumacem et impoenitentem vecordiam judicium mortis suscipiunt, ut in mystica visione sua Ezechiel dicit: Rex lugebit, et princeps induetur moerore, et manus populi terrae conturbabuntur. Secundum viam eorum faciam eis, et secundum judicia eorum judicabo eos, et scient quia ego Dominus (Ezech. VII). Quid hoc? Anima in qua regalis rationalitas est, cum delectationem peccati adesse sentit; quia malum novit, tunc lugubrem assensum assumit. Quomodo? Quia illi rationalitas, sapientia et scientia a Deo inspirata est; et ideo quamvis corpori consentiat, tamen indignum habet malum, sentiens hoc non esse bonum.

Pero ellos también sostienen un báculo en sus manos, y vuelan ante la imagen y a veces, aunque tibiamente, la sostienen; ya que poniendo una confianza contumaz en sus obras, se muestran a la Iglesia de Dios con falso renombre, y a veces, pero insensatamente, la critican por prudencia secular, porque cuando por fingida simulación aparecen sabios ante los hombres, se hacen necios ante Dios por la vanagloria. Algunos, en verdad, teniendo ojos serenos pero pies débiles, vagan aquí y allá en el aire ante aquella imagen; porque, aunque los preceptos divinos les son conocidos por la intuición de la consideración, cojeando sin embargo en el pie del cumplimiento, se muestran así a la esposa de Cristo por el discurso de su propia inestabilidad, como buscando la sabiduría en la sombra, y pensando que la tienen en su poder antes de que les llegue a la mente y obtengan alguna fuerza de ella. Otros, en cambio, tienen ojos enfermos pero pies fuertes, y sin embargo caminan débilmente ante la misma imagen; ya que tienen una intención débil hacia la obra buena, cuando deberían caminar con fuerza en las obras de la justicia; pero no corren simplemente en las instituciones eclesiásticas, porque fijan la mente más en lo terrenal que en lo celestial; y por eso son necios ante Dios, ya que por prudencia secular quieren comprender lo que no pueden alcanzar. Pero de los que miran aquel fulgor turbio y rojo, algunos caminan bien adornados y con fuerza en la mencionada imagen; porque estos, aunque posean cosas terrenales, sin embargo, llevando en las vísceras de la Iglesia el ornato de sus trabajos, no se dignan dejar de poner el pie de la rectitud en la ley divina, cuando obedeciendo los mandamientos de Dios reciben a los peregrinos, visten a los desnudos y alimentan a los hambrientos. ¡Oh, cuán felices son estos!, ya que de este modo reciben a Dios, por lo cual Él mismo habita con ellos. Pero otros, arrebatándose de la imagen misma, la impugnan y oprimen sus ordenaciones constituidas; ya que estos, abandonando las vísceras maternas y los dulces nutrimentos de la Iglesia, la fatigan con varios errores, y por eso despedazan sus leyes constituidas con diversas opresiones; de los cuales algunos vuelven humildemente a ella por el fruto de la primera [penitencia]; porque lo que gravemente delinquieron lo castigan gravemente en sí mismos arrepintiéndose dignamente para la restauración de la vida; otros, en cambio, por el desprecio de la obcecación permanecen en la soberbia de la muerte, ya que ellos, descuidando la vida, reciben el juicio de la muerte por su contumaz e impenitente locura con un corazón endurecido, como dice Ezequiel en su visión mística: «El rey se lamentará, y el príncipe se vestirá de luto, y las manos del pueblo de la tierra se turbarán». «Según su camino haré con ellos, y según sus juicios los juzgaré, y sabrán que yo soy el Señor» (Ez. 7). ¿Qué es esto? El alma en la que está la racionalidad real, cuando siente que está presente el deleite del pecado, porque conoce el mal, entonces asume un asentimiento lúgubre. ¿Cómo? Porque en ella está la racionalidad, la sabiduría y la ciencia inspirada por Dios; y por eso, aunque consienta al cuerpo, sin embargo tiene el mal por indigno, sintiendo que esto no es bueno.

Unde cum diversis criminibus per operantem carnem polluitur; alta suspiria trahens, anhelat ad Deum. Cumque criminosum opus ibi cum spiritu superbiae impletum fuerit: tunc corpus velut ignominiosus princeps induetur confusione, principatum suum in munditiis videlicet exercens; quoniam ut homo dolet cum vilibus vestimentis operitur; ita etiam moeret, cum infamiae rumor ad confusionem sui ab ipso procedit. Quapropter et prava opera illorum hominum qui in malis actibus suis ad terram prostrati sunt a coelestibus praeceptis; conturbabuntur, quia vestimenta salutis, id est beatitudinem cum Deo non habent; quoniam quibus haec felicitas deest, hos maligna conturbatio possidebit. Et ideo secundum viam iniquitatis cui semper assistunt, scilicet peccati viam colentes, nec ullam justitiam cum a Spiritu sancto moventur in itinere cordis sui ponentes; sic faciam eis, nullam scilicet misericordiam eis impendens, quia cum scientiam boni non intelligunt, non timent me; sed cum rabie perversitatis me Creatorem omnium fastidiunt, facientes quaecunque volunt. Unde et secundum judicia eorum quae sunt opera illa quae in desideriis suis perpetrant, judicabo eos: nulla praemia felicitatis eis reddens, sed poenas in perditione eis opponens; quoniam nullum honorem mihi exhibent: et in hoc scient quod nullus eos inde liberare poterit praeter me qui Dominus omnium sum. Sed qui vigilantibus oculis videt, et attentis auribus audit: his mysticis verbis meis osculum amplexionis praebeat, quae de me vivente emanant.

VISIO QUINTA.

SUMMARIUM.---Quod apostoli et pigmentarii sequaces eorum videlicet sacerdotes, ecclesiam doctrina sua splendidissime circumdant. Exemplum de Abel. Quod ministri Ecclesiae castitatem servare debent. Qui ex his in clausura subjectionis regulariter vivunt curam pigmentariorum non habentes, supernam mercedem acquirunt. De statu nobilissimae perfectionis virgineae jucunditatis. De puellari imagine. De turba quae eamdem circumstant miro modo ornata. Verba Joannis de eodem. Quod virginitas Deo oblata prudenter conservanda est. Quae corrupto pacto virginitatis redierit, flore integritatis carebit; non enim ut domina, sed ut ancilla suscipitur. Exemplum ad eamdem rem. Quod magna differentia est inter caeleste desiderium et terrenam concupiscentiam, ita quod nisi sanguine Filii Dei homo non redimeretur. De iis qui passionem Christi in charitatis ardore imitantes et vivens odor existentes, iter secretae regenerationis arripiunt. Verba evangelii ad eamdem rem. Quod virgineum genus et hic ordo vovens iter secretae regenerationis, in praecepto legis non sunt. Exemplum de Joanne ad eamdem rem.

Por lo cual, cuando se mancha con diversos crímenes por la carne operante, exhalando profundos suspiros, anhela a Dios. Y cuando la obra criminal se haya cumplido allí con el espíritu de la soberbia, entonces el cuerpo, como un príncipe ignominioso, se vestirá de confusión, ejerciendo su principado en las inmundicias; ya que así como el hombre se duele cuando es cubierto con vestidos viles, así también se lamenta cuando el rumor de la infamia procede de él para su propia confusión. Por lo cual también las obras perversas de aquellos hombres que en sus malos actos están postrados en la tierra lejos de los preceptos celestiales, se turbarán, porque no tienen los vestidos de la salvación, es decir, la bienaventuranza con Dios; ya que a quienes les falta esta felicidad, los poseerá una maligna perturbación. Y por tanto, según el camino de la iniquidad al que siempre asisten, es decir, cultivando el camino del pecado y no poniendo ninguna justicia en el viaje de su corazón cuando son movidos por el Espíritu Santo, así haré con ellos, no otorgándoles ninguna misericordia, porque como no entienden la ciencia del bien, no me temen; sino que con la rabia de la perversidad me desprecian a mí, Creador de todo, haciendo cuanto quieren. Por lo cual también según sus juicios, que son aquellas obras que perpetran en sus deseos, los juzgaré: no dándoles ningún premio de felicidad, sino oponiéndoles penas en la perdición; ya que no me exhiben ningún honor, y en esto sabrán que nadie podrá librarlos de allí fuera de mí, que soy el Señor de todos. Pero el que con ojos vigilantes ve y con oídos atentos oye, dé el beso del abrazo a estas mis palabras místicas, que emanan de mí, el viviente.

VISIÓN QUINTA.

SUMARIO.—Que los apóstoles y los fabricantes de ungüentos (pigmentarii), sus seguidores, a saber, los sacerdotes, rodean de manera espléndida a la Iglesia con su doctrina. Ejemplo de Abel. Que los ministros de la Iglesia deben guardar castidad. Los que de entre estos viven regularmente en la clausura de la sujeción, no teniendo el cuidado de los fabricantes de ungüentos, adquieren una recompensa suprema. Sobre el estado de la nobilísima perfección del gozo virginal. Sobre la imagen de la doncella. Sobre la multitud que la rodea, adornada de modo admirable. Palabras de Juan sobre lo mismo. Que la virginidad ofrecida a Dios debe ser conservada con prudencia. La que habiendo corrompido el pacto de virginidad regresara, carecerá de la flor de la integridad; pues no es recibida como señora, sino como sierva. Ejemplo para la misma cosa. Que hay una gran diferencia entre el deseo celestial y la concupiscencia terrenal, de modo que si no fuera por la sangre del Hijo de Dios, el hombre no sería redimido. Sobre aquellos que, imitando la pasión de Cristo en el ardor de la caridad y existiendo como un olor vivo, emprenden el camino de la regeneración secreta. Palabras del evangelio para la misma cosa. Que el género virginal y este orden que promete el camino de la regeneración secreta, no están en el precepto de la ley. Ejemplo de Juan para la misma cosa.

Quod qui sunt vivens ordo vovens iter secretae regenerationis, pro necessitate et utilitate Ecclesiae, regimen ecclesiasticum suscipiant contagia saecularium rerum abjicientes. Verba Evangelii de Joanne. Quod in vestitum istorum vestitui aliorum populorum dissimili, incarnatio et sepultura Christi designatur. Quod prima lux diei apostolicam doctrinam, aurora initium hujus conversationis, sol discretam viam in Benedicto qui est quasi alter Moyses, designat. Qui in hac conversatione probati inveniuntur, pro necessitate Ecclesiae superextensum sacerdotium suscipiant. Quod nullus conversationem istorum repente aggrediatur nisi intima probatione examinatus. Quod saecularis populus legem Dei conservans, Ecclesiam Dei plurimum exornat. Quod nec maritus uxorem, nec uxor maritum in hoc proposito deserat, nisi voluntas amborum sit. Verba Evangelii. Quod praedictae ecclesiasticae institutiones Ecclesiam in gradibus et in ordinibus suis consolidant. Quod in unoquoque ordine servanda concordia, diversitas morum, singularitas et novitas vitae et vestium vitanda est. Verba Joannis ad eamdem rem. Comparatio de artificibus. Quicuique cum humilitate sufficere debet institutio praedecessorum suorum. Verba Evangelii de eadem re. Evangelium de iis qui sibi secundum cor suum leges faciunt. Item verba Evangelii. Quod in his novitatibus Deus aliquos dejicit, aliquos tacite tolerat; quos tamen in futuro judicat. Quod de inferiori gradu licet ascendere ad superiorem, non autem de superiore ad inferiorem. Exemplum de animabus et angelis. Quod qui sunt vivens ordo vovens iter secretae regenerationis, granum fortis cibi et pigmentarii, poma dulcis saporis, et saecularis populus, carnem designant. Quod hae tres ecclesiasticae institutiones in duabus viis versantur. Qui signum religionis in voluntate cordis acceptum, abjecerit; judicium districti examinis accipiet. Verba David de eodem. Quod illi qui non amore Dei, sed aliqua saeculari modestia constricti, signum religionis fictae accipiunt, Balaam similantur. Exemplum de Balaam. Qui signum religionis insipienter acceperit et male consummaverit, in ruinam vadit. Verba Jeremiae de eodem. Qui infantes suos sanctae conversationi subjicere voluerit, hoc non imprudenter sed sapienter eis consentientibus absque coactione faciat. Exemplum de agro. Qui volentes Deum sequi per livorem malitiae retraxerit, sacrilegium facit. Verba Moysi. Qui voluntate sua servitium Dei aggreditur et postea contemnens neglexerit, districte revocandus est. Verba Evangelii Qui disciplinate viventes, nulla castigatione corrigi volunt, ne gregem Domini contaminent, expellantur. Verba apostoli ad eamdem rem. Quod ii qui ficte convertuntur, decipiuntur, et quod ii qui toto corde convertuntur, a Deo suscipiuntur. Verba David ad eamdem rem.

Que los que son el orden vivo que promete el camino de la regeneración secreta, por la necesidad y utilidad de la Iglesia, asuman el régimen eclesiástico, desechando los contagios de las cosas seculares. Palabras del Evangelio sobre Juan. Que en el vestido de estos, distinto al vestido de los otros pueblos, se designa la encarnación y sepultura de Cristo. Que la primera luz del día designa la doctrina apostólica, la aurora el inicio de esta conversación, el sol el camino discreto en Benito, que es como otro Moisés. Los que en esta conversación se hallan probados, por la necesidad de la Iglesia, asuman el sacerdocio superextendido. Que nadie acceda de repente a la conversación de estos a menos que haya sido examinado por una prueba íntima. Que el pueblo secular que guarda la ley de Dios, adorna muchísimo a la Iglesia de Dios. Que ni el marido deje a la mujer, ni la mujer al marido en este propósito, a menos que sea voluntad de ambos. Palabras del Evangelio. Que las mencionadas instituciones eclesiásticas consolidan a la Iglesia en sus grados y en sus órdenes. Que en cada orden se debe guardar la concordia, y se debe evitar la diversidad de costumbres, la singularidad y la novedad de vida y de vestidos. Palabras de Juan para la misma cosa. Comparación sobre los artífices. Que a cada uno debe bastarle con humildad la institución de sus antecesores. Palabras del Evangelio sobre lo mismo. El Evangelio sobre los que se hacen leyes para sí mismos según su corazón. También palabras del Evangelio. Que en estas novedades Dios derriba a algunos y tolera a otros en silencio; a los cuales, sin embargo, juzga en el futuro. Que de un grado inferior es lícito ascender a uno superior, pero no de uno superior a uno inferior. Ejemplo sobre las almas y los ángeles. Que los que son el orden vivo que promete el camino de la regeneración secreta designan el grano de alimento fuerte; y los fabricantes de ungüentos, los frutos de dulce sabor; y el pueblo secular, la carne. Que estas tres instituciones eclesiásticas versan en dos caminos. El que haya desechado el signo de la religión aceptado por voluntad de su corazón, recibirá el juicio del examen estricto. Palabras de David sobre lo mismo. Que aquellos que no por amor de Dios, sino por alguna modestia secular constreñidos, reciben el signo de la religión fingida, son comparados con Balaam. Ejemplo sobre Balaam. El que haya aceptado el signo de la religión neciamente y lo haya consumado mal, va a la ruina. Palabras de Jeremías sobre lo mismo. El que quiera someter a sus infantes a la santa conversación, haga esto no imprudentemente sino sabiamente, consintiendo ellos sin coacción. Ejemplo sobre un campo. El que por la envidia de la malicia haya retraído a los que desean seguir a Dios, comete un sacrilegio. Palabras de Moisés. El que por su voluntad accede al servicio de Dios y después despreciándolo lo descuida, debe ser retirado estrictamente. Palabras del Evangelio. Los que viviendo con disciplina no quieren ser corregidos por ningún castigo, para que no contaminen la grey del Señor, sean expulsados. Palabras del apóstol para la misma cosa. Que los que se convierten fingidamente son engañados, y que los que se convierten de todo corazón son recibidos por Dios. Palabras de David para la misma cosa.

Qui blasphemiam contra Spiritum sanctum impoenitens dixerit, et qui seipsum in mortem praecipitaverit, hunc Deus nescit. Verba Evangelii. Verba David de eodem. Super quem blasphemia desperationis cadit; si cruciatus repugnaverit, citius et a Deo subvenitur. Quod in perditionem cadit, qui corpus et animam quae Deus conjunxit, separat. Verba Evangelii.

Post haec vidi quod praedictam muliebrem imaginem quidam splendor albus ut nix, et tanquam crystallus perlucidus, a vertice usque ad guttur ejus circumfulserat. Sed a gutture usque ad umbilicum ejus quidam alius splendor rubei coloris eam circumdederat; qui de gutture usque ad ubera ejus velut aurora rutilabat; sed ab uberibus usque ad umbilicum illius quasi purpura hyacintho intermista fulgebat. Et ubi ipse velut aurora rutilabat, claritatem suam sursum ad secreta coeli extendit, in qua pulcherrima et puellaris imago nudo capite et subnigris capillis et rubea tunica quae circa pedes ejus diffluebat, induta apparuit. Et audivi vocem de coelo dicentem: Haec est floriditas in superna Sion, mater et flos rosarum et lilium convallium. O floriditas, filio potentissimi regis desponsaberis; sui et nominatissimam prolem gignes, cum in tempore tuo confortaberis. Et circa eamdem puellam vidi maximam turbam hominum lucidiorem sole stantem, qui omnes miro modo auro et gemmis ornati erant; et quidam illorum in capitibus suis velati candidis velaminibus aurea zona circumornati fuerunt; supra quorum vertices similitudo ineffabilis Trinitatis quemadmodum mihi superius typice demonstrata est, quasi in sphaera in ipsis velaminibus velut sculpta apparuit, et in frontibus ipsorum Agnus Dei; ac in collo eorum species hominis, et in dextra aure cherubin et in sinistra alia species angelica: ita quod et de ipsa similitudine gloriae supernae Trinitatis ad has species quasi aureus radius se extenderet. Sed inter hos quidam alii apparuerunt qui insulas in capitibus suis et pallia episcopalis officii circa humeros habebant. Et iterum audivi vocem ex alto dicentem: Istae sunt filiae Sion, et cum eis sunt citharae citharoedorum, et omne genus musicorum, ac vox totius laetitiae et gaudium gaudiorum. Sed sub eodem splendore ubi ipse velut aurora rutilabat: vidi inter coelum et terram densissimas tenebras apparere, quae tanti horroris erant ut humana lingua effari non possit. Et rursum audivi vocem de coelo dicentem: Si Filius Dei in cruce passus non esset, istae tenebrae nullo modo permitterent hominem ad supernam claritatem pervenire. Ubi autem idem splendor quasi purpura hyacintho intermista fulgebat, fortiter praedictam muliebrem imaginem constringens ardebat. Sed alius splendor ut candida nubes eamdem imaginem ab umbilico deorsum, ultra tamen nondum excrescens honeste circumdederat. Et hi tres splendores circa ipsam imaginem se late diffundentes, plurimos gradus et scalas in ea bene et decenter ordinatas ostendebant.

El que, impenitente, haya dicho blasfemia contra el Espíritu Santo, y el que se haya precipitado a la muerte, Dios no lo conoce. Palabras del Evangelio. Palabras de David sobre lo mismo. Sobre quien cae la blasfemia de la desesperación; si ha resistido al tormento, más pronto es socorrido por Dios. Que cae en la perdición quien separa el cuerpo y el alma que Dios ha unido. Palabras del Evangelio.

Después de estas cosas vi que un cierto resplandor blanco como la nieve, y como cristal translúcido, había brillado alrededor de la mencionada imagen mujeril desde su cima hasta su garganta. Pero desde la garganta hasta su ombligo otro cierto resplandor de color rojo la había rodeado; el cual desde la garganta hasta sus pechos rutilaba como la aurora; pero desde los pechos hasta su ombligo brillaba como púrpura mezclada con jacinto. Y donde rutilaba como la aurora, extendía su claridad hacia arriba hasta los secretos del cielo, en la cual apareció vestida una hermosísima e imagen doncella con la cabeza descubierta y cabellos negruzcos y una túnica roja que fluía alrededor de sus pies. Y oí una voz del cielo que decía: «Esta es la floridez en la Sion suprema, madre y flor de las rosas y lirio de los valles». «Oh floridez, te desposarás con el hijo del rey poderosísimo; y engendrarás una prole muy renombrada, cuando seas fortalecida en tu tiempo». Y alrededor de la misma doncella vi una multitud grandísima de hombres de pie, más lúcidos que el sol, los cuales estaban todos adornados de modo admirable con oro y gemas; y algunos de ellos estaban velados en sus cabezas con velos blancos adornados alrededor con una zona de oro; sobre cuyas cimas la similitud de la inefable Trinidad, tal como se me mostró arriba típicamente, aparecía como esculpida en una esfera en esos mismos velos, y en sus frentes el Cordero de Dios; y en su cuello la especie de un hombre, y en la oreja derecha un querubín y en la izquierda otra especie angélica: de modo que también desde la misma similitud de la gloria de la suprema Trinidad se extendía hacia estas especies como un rayo de oro. Pero entre estos aparecieron algunos otros que tenían ínfulas en sus cabezas y los palios del oficio episcopal alrededor de sus hombros. Y de nuevo oí una voz de lo alto que decía: «Estas son las hijas de Sion, y con ellas están las cítaras de los citaristas, y todo género de músicos, y la voz de toda alegría y el gozo de los gozos». Pero bajo el mismo resplandor donde rutilaba como la aurora: vi aparecer entre el cielo y la tierra densísimas tinieblas, que eran de tanto horror que la lengua humana no puede expresarlo. Y de nuevo oí una voz del cielo que decía: «Si el Hijo de Dios no hubiera padecido en la cruz, estas tinieblas de ningún modo permitirían al hombre llegar a la suprema claridad». Pero donde el mismo resplandor brillaba como púrpura mezclada con jacinto, ardía constriñendo fuertemente a la mencionada imagen mujeril. Pero otro resplandor como una nube blanca había rodeado honestamente a la misma imagen desde el ombligo hacia abajo, aunque todavía no creciendo más allá. Y estos tres resplandores, difundiéndose ampliamente alrededor de la imagen, mostraban muchos grados y escalas bien y decentemente ordenados en ella.

Sed cum haec viderem, ex nimio tremore qui me apprehenderat in terram dissolutis viribus corrui, nec alicui responsum dare valui. Et ecce maximus splendor velut manus tetigit me unde vires et vocem recepi. Et iterum audivi vocem ex illo mihi dicentem: Magna mysteria sunt haec: Considera enim solem et lunam et stellas. Ego formavi solem ut luceat in die, et lunam et stellas ut luceant in nocte. Sol autem significat Filium meum, qui de corde meo exivit et mundum illuminavit cum natus est ex virgine in fine temporum, sicut et sol egrediens mundum illustrat; cum oritur circa finem noctis. Sed luna Ecclesiam eidem Filio meo in vera et superna desponsatione desponsatam designat. Et ut luna semper incrementum et defectum in sua constitutione habet, sed a se ipsa non ardet nisi quod a lumine solis incenditur, sic et Ecclesia in circuitione motionis est, ita quod filii ejus saepe proficiunt in incremento virtutum, et quod saepe deficiunt in diversitate morum, atque in dispersione adversitatum; ita quod saepenumero in mysteriis suis per rapacissimos lupos impugnatur fidelis per malignos homines tam Christianos quam Judaeos et alios infideles, et in hoc per semetipsum ad tolerantiam non accenditur; sed in me per Filium meum ut in bono perseveret illuminatur. Stella autem a se differentes in claritate fulgoris sui, significant populos diversi ordinis ecclesiasticae religionis.

Unde etiam vides quod praevisam muliebrem imaginem quidam splendor albus ut nix, et tanquam crystallus perlucidus, a vertice usque ad guttur ejus circumfulget; quia ecclesiam fidelium incorruptam sponsam Filii Dei circumdat apostolica doctrina, quae candidissimam incarnationem illius annuntiavit, qui de coelo in uterum virginis descendit, et qui fortissimum ac lucidissimum speculum omnium credentium est: ita quod eamdem Ecclesiam ipsa doctrina ab hoc initio cum primum aedificari coepit, usque ad tempus cum cibum vitae fortiter deglutire valuit, splendidissime eam circumfulgens fideliter circumdedit. Quomodo? Apostolica doctrina circumfulsit Ecclesiam in capite, cum apostoli primum illam sua praedicatione coeperunt aedificare, scilicet cum per diversa loca discurrentes colligerent operarios qui illam in catholica fide roborarent, et qui ipsi presbyteros et episcopos ac omnem ecclesiasticum ordinem providerent, atque jura virorum ac mulierum qui sub conjugio sunt, et reliqua talia fideliter constitueret.

Pero al ver estas cosas, por el excesivo temblor que me había aprehendido, caí en tierra disueltas mis fuerzas, ni pude dar respuesta a nadie. Y he aquí que un máximo resplandor como una mano me tocó, por lo cual recibí fuerzas y voz. Y de nuevo oí una voz de aquel que me decía: «Grandes misterios son estos: Considera, pues, el sol y la luna y las estrellas». «Yo formé el sol para que brille en el día, y la luna y las estrellas para que brillen en la noche». «El sol, pues, significa a mi Hijo, que salió de mi corazón e iluminó al mundo cuando nació de la virgen al fin de los tiempos, tal como el sol al salir ilustra al mundo cuando sale hacia el fin de la noche». «Pero la luna designa a la Iglesia desposada con el mismo Hijo mío en un verdadero y supremo desposorio». «Y como la luna siempre tiene incremento y defecto en su constitución, pero no arde por sí misma sino lo que es encendido por la luz del sol, así también la Iglesia está en un circuito de movimiento, de modo que sus hijos a menudo progresan en el incremento de las virtudes, y a menudo fallan en la diversidad de las costumbres y en la dispersión de las adversidades; de modo que muchas veces en sus misterios es impugnada por rapacísimos lobos a través de hombres malignos, tanto cristianos como judíos y otros infieles, y en esto no se enciende por sí misma a la tolerancia, sino que en mí es iluminada por medio de mi Hijo para que persevere en el bien». «Las estrellas, en cambio, diferenciándose entre sí en la claridad de su fulgor, significan los pueblos de diverso orden de la religión eclesiástica».

Por lo cual también ves que un cierto resplandor blanco como la nieve, y como cristal translúcido, brilla alrededor de la mencionada imagen mujeril desde su cima hasta su garganta; porque la doctrina apostólica rodea a la Iglesia de los fieles, la incorrupta esposa del Hijo de Dios, la cual anunció su blanquísima encarnación, la de aquel que descendió del cielo al útero de la virgen, y que es el espejo más fuerte y lúcido de todos los creyentes: de modo que la misma doctrina, desde este inicio cuando comenzó a ser edificada por primera vez, hasta el tiempo en que ella pudo tragar con fuerza el alimento de la vida, rodeándola espléndidamente, ha cercado fielmente a la misma Iglesia. ¿Cómo? La doctrina apostólica brilló alrededor de la Iglesia en la cabeza, cuando los apóstoles primero comenzaron a edificarla con su predicación, a saber, cuando recorriendo diversos lugares reunieron obreros que la fortalecieran en la fe católica, y que ellos mismos proveyeran presbíteros y obispos y todo el orden eclesiástico, y constituyeran fielmente los derechos de los hombres y mujeres que están bajo matrimonio, y las demás cosas semejantes.

Quapropter eamdem doctrinam subsequuntur pigmentarii habentes similitudinem sacerdotum legalis testimonii, qui sub lege circumcisionis positi erant interiori cibo enutrire populos, unde etiam apostoli ordines illos eligebant cum quibus ecclesiam superna inspiratione exornabant. Quid hoc? Nam sequaces eorum in vice ipsorum saluberrima pigmenta gestantes: fideliter plateas et villas et civitates atque alia loca regionum et terrarum pertranseunt, et populo divinam legem annuntiant. Ipsi enim sunt exquisiti patres et dispensatores ad ecclesiasticam disciplinam omni populo in doctrina sua proferendam, et ad cibum vitae ei dispensandum, itaque etiam se tales in vita sua exhibeant, ne oves meae in operibus eorum offendantur, sed ut recte post ipsos gradiantur, quia ipsi hoc officium habent ut aperte cibum vitae populo subministrent, et ut unicuique fidelia officia discrete ordinent, semetipsos etiam ita constringentes, ne carnalem copulam appetant, quoniam spiritualem escam credentibus praebere et immaculatum sacrificium Deo offerre debent ut in innocente Abel praefigurabatur, quemadmodum de ipso scriptum est: Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, et de aliquibus eorum (Gen. IV).

Quid hoc? In ortu surgentis saeculi sanctificatio regalis ostensionis in illo qui innocens in vita sua erat effulsit; quod domum omnipotentis Dei, non terram sed coelum fortiter tetigit. Quomodo? Quia Abel in sua integritate obtulit Deo intentionem voluntatis suae et plenum officium ejusdem voluntatis: cum cogitavit in corde suo illi offerre primum germen quod in substantia sua habuit, et cum illud etiam perfecto opere complevit, ita et fidelis summum patrem honorans eique debitam reverentiam exhibens. Unde etiam sicut Abel gregi suo praefuit, et ut eum pasceret custodivit et ut etiam simplici devotione Deo obtulit de primis emissionibus ejus, ac de pinguibus nutrimentis earumdem emissionum: ita etiam praedicti pigmentarii qui filiis Ecclesiae, id est ovibus Christi ipsius dispensatione ad pascendum eos praelati sunt, ipsos in verbis doctrinae ecclesiasticae disciplinae fideliter nutriant, et eos ab insidiis antiqui insidiatoris fortiter muniant, ac etiam sincera consideratione inspectori omnium aliquas donationes ex eis offerant. Quomodo? Quoniam si illos per omnia perfectos facere non possunt, talem aliquem fructum ex ipsis egredientem Deo offerant, primum scilicet rectam intentionem bonae voluntatis eorum quasi simplex germen de primogenitis gregis ipsorum, ac deinde perfectum opus operationis in eadem voluntate illorum velut suavem fructum de adipibus eorum. Sed unde hoc fuit, quae Abel Deum tam devote coluit? Fidelis castitas integritatis, eum ad tantam devotionem impulerat.

Por lo cual los fabricantes de ungüentos siguen la misma doctrina, teniendo la similitud de los sacerdotes del testimonio legal, que estaban puestos bajo la ley de la circuncisión para nutrir a los pueblos con el alimento interior, de donde también los apóstoles elegían aquellos órdenes con los que adornaban a la Iglesia por inspiración suprema. ¿Qué es esto? Pues sus seguidores, llevando en su lugar los pigmentos saludabilísimos: atraviesan fielmente las plazas y las aldeas y las ciudades y otros lugares de las regiones y tierras, y anuncian la ley divina al pueblo. Pues ellos mismos son los exquisitos padres y dispensadores para proferir la disciplina eclesiástica a todo el pueblo en su doctrina, y para dispensarle el alimento de la vida, de modo que también se exhiban tales en su vida, para que mis ovejas no se ofendan por sus obras, sino que caminen rectamente tras ellos, porque ellos mismos tienen este oficio de suministrar abiertamente el alimento de la vida al pueblo, y de ordenar discretamente los oficios fieles a cada uno, constriñéndose también a sí mismos de modo que no deseen el acoplamiento carnal, ya que deben ofrecer el alimento espiritual a los creyentes y ofrecer un sacrificio inmaculado a Dios como se prefiguraba en el inocente Abel, tal como de él está escrito: Abel también ofreció de los primogénitos de su rebaño, y de sus grasas (Gén. 4, 4).

¿Qué es esto? En el surgimiento del siglo naciente, la santificación de la manifestación real brilló en aquel que era inocente en su vida; lo cual tocó fuertemente la casa de Dios omnipotente, no la tierra sino el cielo. ¿Cómo? Porque Abel en su integridad ofreció a Dios la intención de su voluntad y el pleno oficio de la misma voluntad: cuando pensó en su corazón ofrecerle el primer germen que tenía en su sustancia, y cuando también lo completó con la obra perfecta, así también el fiel honrando al sumo padre y exhibiéndole la debida reverencia. Por lo cual también, así como Abel presidió su rebaño, y lo custodió para pastorearlo y así como también con simple devoción ofreció a Dios de sus primeras emisiones, y de los pingües nutrimentos de las mismas emisiones: así también los mencionados fabricantes de ungüentos que han sido puestos al frente de los hijos de la Iglesia, esto es, las ovejas de Cristo por su propia dispensación para pastorearlos, nùtranlos fielmente en las palabras de la doctrina de la disciplina eclesiástica, y fortalézcanlos fuertemente contra las asechanzas del antiguo insidiador, y también con sincera consideración ofrezcan al Inspector de todo algunas donaciones de entre ellos. ¿Cómo? Puesto que si no pueden hacerlos perfectos en todas las cosas, ofrezcan a Dios tal fruto que proceda de ellos, a saber, primero la recta intención de su buena voluntad como un germen simple de los primogénitos de su rebaño, y después la obra perfecta de la operación en esa voluntad de ellos como un suave fruto de sus grasas. Pero ¿de dónde fue esto, que Abel veneró a Dios tan devotamente? La castidad fiel de la integridad lo había impulsado a tan gran devoción.

Quapropter qui in consecratione constituti, Deo sacrosanctum sacrificium offerre debent, in suavitate castitatis ad altare ipsius accedant, quia si ipsi auctores corruptionis sunt: quomodo in corruptione vulneratis manum salutaris medicamenti porrigere possunt? Et ideo ut aliis tanto fiducialius salutare remedium conferre valeant, volo ut Filium meum in amore castitatis viriliter imitentur. Quod si ceciderint, festinent ut citius per poenitentiam surgant, et in hoc ignominiam peccati velut nudi fugiant, salubrem medicinam requirentes, et Abel cujus sacrificium Deo acceptum erat, fideliter sequentes. Sed qui ex iis in clausura subjectionis in amore Filii mei se continent, et in moribus suis institutionem pravorum quam me inspirante proferunt, observant, sollicitudinem curationis pigmentariorum non habentes; tamen quamvis onera anxietatis eorum non gerant, quoniam propter aeterna praemia majoribus suis subjecti sunt, cum eisdem pigmentariis supernam mercedem in electa civitate sibimet acquirunt.

Quod autem vides quoniam a gutture usque ad umbilicum ipsius imaginis quidam alius splendor rubei coloris eum circumdat: hoc est quia post doctrinam apostolorum cum Ecclesia ita roborata est, quod salutarem cibum veraciter valuit discernere, et eum ad interiora fortitudinis suae transmittere, surrexit nobilissima perfectio ecclesiasticae religionis, quae supernam dulcedinem flagranti ardore degustavit, et se asperrime constringens ad coctionem secretioris fortitudinis se tetendit, non tamen ad divisionem carnalis amaritudinis perveniens, quoniam copulam humanae conjunctionis abjecit. Quomodo? Nam idem splendor de gutture usque ad ubera illius velut aurora rutilat, quoniam illa perfectio a gustu mirabilis vegetationis, ad dulcissima nutrimenta ecclesiasticae religionis in virginea jucunditate se dilatavit, ita quod etiam ab uberibus usque ad umbilicum illius quasi purpura hyacintho intermista fulget, quia a nobilissimis educationibus ad constrictionem intimae castitatis se muniunt, passione videlicet Filii mei propter supernam dilectionem quam in corde suo fideliter habuit, imitando. Quapropter et ubi ipse velut aurora rutilat, claritatem suam sursum ad secreta coeli extendit, quoniam illa perfectio quae in virginitatis honore floret, virtutem suam non deorsum ad terrena, sed sursum ad illa quae sunt in coelestibus mirabiliter dirigit.

In qua pulcherrima et puellaris imago nudo capite et subnigris capillis apparet, quae est serenissima et ab omni foeditate humanae concupiscentiae innocens virginitas, nudam mentem ab omni vinculo corruptionis habens, sed tamen nondum perfecte fatigationem tenebrescentium cogitationum in filiis suis quandiu in hoc mundo sunt deserere valens, cui tamen ut resistat, fortiter se opponit.

Por lo cual, quienes constituidos en consagración deben ofrecer el sacrosanto sacrificio a Dios, accedan a su altar en la suavidad de la castidad, porque si ellos mismos son autores de corrupción: ¿cómo pueden tender la mano del medicamento saludable a los heridos en la corrupción? y por tanto, para que puedan conferir el remedio saludable tanto más fielmente a otros, quiero que imiten varonilmente a mi Hijo en el amor de la castidad. Pero si cayeren, apresúrense para que se levanten más pronto por la penitencia, y en esto huyan de la ignominia del pecado como si estuvieran desnudos, buscando la medicina saludable y siguiendo fielmente a Abel, cuyo sacrificio fue acepto a Dios. Pero quienes de entre ellos se contienen en la clausura de la sujeción por el amor de mi Hijo, y observan en sus costumbres la institución de los malvados que profieren por mi inspiración, no teniendo la solicitud del cuidado de los fabricantes de ungüentos; sin embargo, aunque no lleven las cargas de la ansiedad de ellos, puesto que por los premios eternos están sujetos a sus mayores, adquieren para sí mismos la recompensa suprema en la ciudad elegida junto con los mismos fabricantes de ungüentos.

Pero el que veas que otro cierto resplandor de color rojo rodea a la misma imagen desde la garganta hasta su ombligo: esto es porque, después de la doctrina de los apóstoles, cuando la Iglesia se fortaleció tanto que verdaderamente pudo discernir el alimento saludable y transmitirlo al interior de su fortaleza, surgió la nobilísima perfección de la religión eclesiástica, la cual degustó la dulzura suprema con fragante ardor y, constriñéndose asperísimamente, se tendió hacia la cocción de la fortaleza más secreta, sin llegar sin embargo a la división de la amargura carnal, puesto que rechazó el acoplamiento de la unión humana. ¿Cómo? Pues el mismo resplandor rutila como la aurora desde la garganta hasta sus pechos, porque aquella perfección, desde el gusto de la admirable vegetación, se dilató hacia los dulcísimos nutrimentos de la religión eclesiástica en la alegría virginal, de modo que también desde los pechos hasta su ombligo brilla como púrpura mezclada con jacinto, porque desde las nobilísimas educaciones se fortalecen para la constricción de la íntima castidad, imitando, a saber, la pasión de mi Hijo por el amor supremo que Él tuvo fielmente en su corazón. Por lo cual también, donde rutila como la aurora, extiende su claridad hacia arriba hasta los secretos del cielo, porque aquella perfección que florece en el honor de la virginidad, dirige admirablemente su virtud no hacia abajo, a las cosas terrenas, sino hacia arriba, a aquellas que están en las celestiales.

En la cual aparece una hermosísima e imagen doncella con la cabeza descubierta y cabellos negruzcos, que es la serenísima e inocente virginidad de toda fealdad de la concupiscencia humana, teniendo la mente desnuda de todo vínculo de corrupción, pero sin embargo no pudiendo todavía desertar perfectamente la fatiga de los pensamientos que se oscurecen en sus hijos mientras están en este mundo, a los cuales sin embargo se opone fuertemente para resistirles.

Unde et rubra tunica quae circa pedes ejus diffluit induitur; quia per sudorem laboris in virtuosis operibus usque ad finem latae et beatae perfectionis perseverat, scilicet circumdata varietate virtutum, illum imitans qui plenitudo sanctitatis est. Quae etiam ut tibi in secreto superni luminis ostenditur, est nobilissimum germen in coelesti Jerusalem, videlicet gloria et decus illorum qui ob amorem virginitatis sanguinem suum fuderunt, et qui etiam in candore humilitatis virginitatem suam pro Christo observantes, in suavitate pacis quieverunt, quoniam ipsa Filio omnipotentis Dei qui rex cunctorum est desponsata, nobilissimam prolem, id est elegantissimum chorum virginum ei protulit, cum in pace Ecclesiae proficiens confortata est.

Quod autem circa eamdem puellam vides maximam turbam hominum lucidiorem sole stantem, qui omnes mire modo auro et gemmis ornati sunt: hoc est quoad ardentissimis amplexibus nobilissimam virginitatem praecipuus chorus virginum complectitur, qui omnes ardentiori claritate coram Deo fulgent quam sol in terra appareat, quia se ipsos conculcantes, mortem viriliter devicerunt, unde etiam mirabiliter in summa sapientia propter clarissima opera quae pro Christo humiliter gesserunt, decentissime exornantur. Quapropter et quidam illorum in capitibus suis velati candidis velaminibus aurea zona circumornati sunt, quia ipsi in gloria virginitatis fulgentes, demonstrant quod ii qui decus virginitatis appetunt, mentes suas ab omni noxio calore circumtegant, et candorem innocentiae pulcherrimo fulgore castitatis decorati fideliter apprehendant. Supra quorum virtutes similitudo ineffabilis Trinitatis, veluti tibi superius typice demonstrata est, quasi in sphoera in ipsis velaminibus sculpta apparet, quoniam ostendunt quod intentiones hominum honorem supernae et gloriosae Trinitatis (ut tibi ostensione mysterii verissime praesignatum est) in comprehensione amoris et stabilitate castitatis firmiter et strenue teneant.

Quod et in frontibus ipsorum Agnus Dei ac in collo eorum species hominis, et in dextera aure cherubin, et in sinistra alia species angelica: declarat, quia in reverentia castitatis suae mansuetudinem filii Dei imitabuntur, petulantiam superbi colli deponentes, et seipsos fragiles homines considerantes, in prosperitate etiam auditionis suae veram et indeficientem scientiam amplectentes, ac in occursante adversitate ejusdem auscultationis suae angelica praesidia appetentes, ita quod et de ipsa similitudine gloriae supernae Trinitatis ad has species quasi aureus radius se extendit, quoniam ineffabilis Trinitas infidelibus hominibus qui virtutes quaerunt et diabolicas seductiones fugiunt, mirabilia miraculorum profundae sapientiae suae operari non desinit.

Por lo cual también se viste con una túnica roja que fluye alrededor de sus pies; porque a través del sudor del trabajo en las obras virtuosas persevera hasta el fin de la dilatada y bienaventurada perfección, a saber, rodeada por la variedad de las virtudes, imitando a aquel que es la plenitud de la santidad. La cual también, tal como se te muestra en el secreto de la luz suprema, es el nobilísimo germen en la Jerusalén celestial, a saber, la gloria y el honor de aquellos que por el amor de la virginidad derramaron su sangre, y que también en la blancura de la humildad, observando su virginidad por Cristo, descansaron en la suavidad de la paz, puesto que ella misma, desposada con el Hijo de Dios omnipotente que es el rey de todos, le engendró una nobilísima prole, esto es, un elegantísimo coro de vírgenes, cuando progresando en la paz de la Iglesia fue fortalecida.

Pero el que veas alrededor de la misma doncella una multitud grandísima de hombres de pie, más lúcidos que el sol, los cuales están todos adornados de modo admirable con oro y gemas: esto es porque el coro principal de las vírgenes abraza con los abrazos más ardientes a la nobilísima virginidad, las cuales todas brillan ante Dios con una claridad más ardiente de lo que el sol aparece en la tierra, porque conculcándose a sí mismas vencieron varonilmente a la muerte, por lo cual también son adornadas muy decentemente en la suma sabiduría a causa de las clarísimas obras que realizaron humildemente por Cristo. Por lo cual también algunos de ellos están velados en sus cabezas con velos blancos y adornados alrededor con una zona de oro, porque ellas mismas, brillando en la gloria de la virginidad, demuestran que quienes desean el decoro de la virginidad deben cubrir sus mentes de todo calor nocivo, y aprehender fielmente la blancura de la inocencia decorada con el hermosísimo fulgor de la castidad. Sobre cuyas virtudes la similitud de la inefable Trinidad, tal como se te mostró arriba típicamente, aparece como esculpida en una esfera en esos mismos velos, porque muestran que las intenciones de los hombres deben sostener firme y denodadamente el honor de la suprema y gloriosa Trinidad (como se te prefiguró muy verdaderamente por la manifestación del misterio) en la comprensión del amor y la estabilidad de la castidad.

Lo cual también declaran el Cordero de Dios en sus frentes y en su cuello la especie de un hombre, y en la oreja derecha un querubín, y en la izquierda otra especie angélica, declara, porque en la reverencia de su castidad imitarán la mansedumbre del Hijo de Dios, deponiendo la petulancia del cuello soberbio y considerándose a sí mismos humanos frágiles, abrazando la ciencia verdadera e indeficiente incluso en la prosperidad de su audición, y buscando los auxilios angélicos en la adversidad que se presente de esa misma escucha suya, de modo que también desde la misma similitud de la gloria de la suprema Trinidad se extiende hacia estas especies como un rayo de oro, puesto que la inefable Trinidad no cesa de obrar las maravillas de los milagros de su profunda sabiduría para los hombres fieles que buscan las virtudes y huyen de las seducciones diabólicas.

Sed inter hos quidam alii apparent, qui insulas in capitibus suis et pallia episcopalis officii circa humeros habent, quoniam inter illos qui in virginitatis honore florent, etiam quidam in superna civitate consistunt, qui dignitatem antiquorum patrum et gloria superioris magisterii in saeculo strenue gerentes decorem tamen virginitatis non perdiderunt. Unde etiam ut audis omnes isti qui cum suspiriis suis pro coelesti amore integritatem suam conservaverunt, in coelesti habitatione filiae Sion dicuntur, qua filium meum virginitatis amore imitati sunt. Ideoque et cum eis sunt, resonantiae sonorum spiritualium et invocationes omnigenarum melodiarum et agilitatis ornamenta prosperarum mentium et aurea visio fulgentium lapidum ac gemmarum.

Quomodo? Quia hoc habent de Filio Dei quod de throno sonus exit, cui omnis chorus virginum in maximo desiderio concinit, videlicet novum cantum symphonizando, ut Joannes dilectus virgo testatur dicens: Et cantabat quasi canticum novum ante sedem et ante quatuor animalia et seniores (Apoc. XIV). Quid hoc? In illis fidelibus qui bona intentione castitatem amplectentes, virginitatem suam pro Dei amore illibatam conservant, bona voluntas ipsorum in laudem Creatoris sui mirabiliter erumpit. Quomodo? Quia in aurora virginitatis quae Filio Dei semper adhaeret, fortissima laus abscondita est, cui nullum terrenum officium, nec ulla ligatura legis resistere valent quin in voce exsultationis ad gloriam Dei coeleste carmen decantet. Quomodo? Videlicet quoniam velox iter habens, canticum illud in novitate libertatis mirabiliter promit, quod antequam unigenitus Dei (qui verus flos virginitatis est) incarnatus de mundo ad coelos rediens, ad dextram Patris resedit: auditum non est, sed tunc quasi novi mores qui prius visi non sunt, cum videntur, in stupore habentur, ita hoc novum mysterium quod prius auditum non est, tunc in coelestibus resonans in honore virginitatis cognitum est ante scilicet majestatem Dei, quia Deus hoc facere potuit, et ante quatuor rotas quae quatuor partes mundi percurrentes veritatem omnis justitiae et humanitatis Salvatoris velut animalia in nova lege ferebant, et ante illos ancients quae Spiritu sancto imbuti viam rectitudinis in vetere lege hominibus, suo itinere demonstrabant. Quid hoc? Quia Deus in nova gratia austeritatem antiquae institutionis delinivit.

Pero entre estos aparecen algunos otros que tienen ínfulas en sus cabezas y los palios del oficio episcopal alrededor de sus hombros, puesto que entre aquellos que florecen en el honor de la virginidad, también algunos consisten en la ciudad suprema que, habiendo llevado denodadamente en el siglo la dignidad de los antiguos padres y la gloria del magisterio superior, sin embargo no perdieron el decoro de la virginidad. Por lo cual también, como oyes, todos estos que con sus suspiros por el amor celestial conservaron su integridad, son llamados hijas de Sion en la habitación celestial, por lo cual imitaron a mi Hijo por el amor de la virginidad. Y por eso también están con ellas las resonancias de sonidos espirituales y las invocaciones de melodías de todo género y los ornamentos de agilidad de las mentes prósperas y la visión áurea de piedras y gemas relucientes.

¿Cómo? Porque tienen esto del Hijo de Dios que del trono sale un sonido, al cual todo el coro de las vírgenes hace coro con el máximo deseo, a saber, sinfonizando un cántico nuevo, como atestigua Juan el amado virgen diciendo: Y cantaban como un cántico nuevo ante la sede y ante los cuatro animales y los ancianos (Apoc. 14, 3). ¿Qué es esto? En aquellos fieles que, abrazando la castidad con buena intención, conservan su virginidad ilesa por el amor de Dios, la buena voluntad de ellos estalla admirablemente en alabanza de su Creador. ¿Cómo? Porque en la aurora de la virginidad que siempre se adhiere al Hijo de Dios, está escondida una alabanza fortísima, a la cual ningún oficio terreno ni ninguna atadura de la ley pueden resistir para que no decante un himno celestial en voz de exultación para la gloria de Dios. ¿Cómo? A saber, porque teniendo un camino veloz, profiere admirablemente aquel cántico en la novedad de la libertad; el cual, antes de que el unigénito de Dios (que es la verdadera flor de la virginidad) encarnado, regresando del mundo a los cielos, se sentara a la diestra del Padre, no fue oído; sino que entonces, como costumbres nuevas que antes no se vieron, cuando se ven, se tienen en estupor, así este nuevo misterio que antes no se oyó, entonces resonando en las cosas celestiales fue conocido en el honor de la virginidad, a saber, ante la majestad de Dios, porque Dios pudo hacer esto, y ante las cuatro ruedas que, recorriendo las cuatro partes del mundo, llevaban la verdad de toda justicia y la humanidad del Salvador como animales en la nueva ley, y ante aquellos antiguos que, imbuidos del Espíritu Santo, demostraban el camino de la rectitud a los hombres en la ley vieja por su camino. ¿Qué es esto? Porque Dios en la nueva gracia suavizó la austeridad de la antigua institución.

Sed quia virginitas tam gloriosa ante Deum est, ideo quia eam ex voluntate sua Deo obtulerunt, eam prudenter conservent, quoniam hoc sanctum propositum cum summa devotione virginitatis susceptum, fideliter custodiendum est. Unde etiam qui idem sacramentum adierunt, caveant ne retrorsum incedant. Nam ipsi charissimi imitatores filii mei sunt, cum se ita Deo offerunt ut non sint ligati in opinione conjugii, nec onerati saeculari causa carnalem copulam respuentes, ne illi cum omni sollicitudine carnis suae subjecti sint; sed hoc cupientes ut gloriosae innocentiae innocentis Agni adhaereant. Quapropter vir ille qui in animo suo deliberat ut nullam costam sibi copulet, sed hoc desiderat ut in pudore virginitatis propter amorem Filii mei perseveret, sodalitatem ejus accipiet, si tamen in operibus ipsius castitatis perseveraverit, quia haec sancta munera, in voto sacratissimi pacti ecclesiasticae religionis ob gloriam supernae remunerationis eidem Filio meo obtulit. Sed si ille postea idem pactum relinquens propter turpem stimulum carnis suae adulterium perpetraverat, libertatem suam in servitutem redegit, quoniam honorem colli sui ubi Filium meum pudice imitari debuit, per turpitudinem delectationis suae nequiter corrupit; et quia mendacium protulit, vovens se caste vivere quod non implevit. Unde etiam si in culpa temeritatis suae perseveraverit, districtum judicium justissimi judicis inde sustinebit, quoniam nec turpitudo nec mendacium in coelesti gloria apparebit.

Quod si amaro fletu ante finem suum de hoc reatu suo poenitentiam fecerit, tunc unda sanguinis Filii mei illum suscipit quia culpam suam exhorruit; non autem ipsum inter sodales suos qui gloria integritatis florent reponit, quoniam societatem illorum deserens libertatem pacti sui abjecit, et eam in servitutem peccati redegit. Sed et puella quae ex voluntate sua in sanctissima desponsatione filio meo offertur; ab eodem decentissime suscipitur, qui eam hoc modo sibi conjunctam vult habere in consortio suo. Quomodo? Ut illum casta dilectione amplectatur, sicut et ipse eam in secreto suo diligit, quoniam illi semper amabilis est, quia magis eum quam terrenum sponsum quaerit. Quod si pactum ejus postea transgressa fuerit, tunc coram iis qui in coelesti gaudio sunt, polluta erit. Unde etiam si in eadem temeritate perseveraverit, superna gloria justo judicio carebit. Sed si poenituerit, suscipitur sicut ancilla et non sicut domina, quoniam regalem desponsationem deseruit, et quia magis alium amavit quam illum quem amare debuit. Ille quoque qui eam seducendo violavit, si culpam suam emendare voluerit, ita poeniteat quasi coelum rupisset, ne in perditionem mortis corruat, quia supernam desponsationem temere corrupit.

Pero porque la virginidad es tan gloriosa ante Dios, por eso, ya que por su propia voluntad la ofrecieron a Dios, consérvenla prudentemente, puesto que este santo propósito, asumido con la suma devoción de la virginidad, debe ser guardado fielmente. Por lo cual también quienes se han acercado a este mismo sacramento, cuiden de no caminar hacia atrás. Pues ellos mismos son amadísimos imitadores de mi Hijo, cuando se ofrecen así a Dios de modo que no estén ligados en la opinión del matrimonio, ni cargados por causa secular rechazando el acoplamiento carnal, para no estar sujetos a él con toda la solicitud de su carne; sino deseando esto, adherirse a la gloriosa inocencia del Cordero inocente. Por lo cual, aquel hombre que delibera en su ánimo no acoplarse ninguna costilla, sino que desea esto, perseverar en el pudor de la virginidad por el amor de mi Hijo, recibirá su compañía, si sin embargo perseverare en las obras de esa misma castidad, porque ofreció estos santos dones al mismo Hijo mío en el voto del pacto sacratísimo de la religión eclesiástica por la gloria de la remuneración suprema. Pero si él después, abandonando el mismo pacto, hubiera perpetrado adulterio por el torpe aguijón de su carne, redujo su libertad a servidumbre, puesto que corrompió inicuamente el honor de su cuello donde debió imitar castamente a mi Hijo, a través de la torpeza de su delectación; y porque profirió mentira, prometiendo vivir castamente lo cual no cumplió. Por lo cual también, si perseverare en la culpa de su temeridad, sufrirá por ello el estrecho juicio del juez justísimo, ya que ni la torpeza ni la mentira aparecerán en la gloria celestial.

Pero si con amargo llanto antes de su fin hubiere hecho penitencia por esta culpa suya, entonces la onda de la sangre de mi Hijo lo recibe porque aborreció su culpa; pero no lo repone entre sus compañeros que florecen en la gloria de la integridad, puesto que desertando de su sociedad arrojó la libertad de su pacto, y la redujo a la servidumbre del pecado. Pero también la doncella que por su propia voluntad es ofrecida a mi Hijo en santísimo desposorio; es recibida muy decentemente por Él, que quiere tenerla así unida a sí mismo en su consorcio. ¿Cómo? Para que ella lo abrace con casto amor, tal como Él también la ama en su secreto, porque ella le es siempre amable, ya que lo busca a Él más que a un esposo terreno. Pero si después transgrediera su pacto, entonces ante aquellos que están en el gozo celestial, estará polucionada. Por lo cual también, si perseverare en la misma temeridad, carecerá de la gloria suprema por un justo juicio. Pero si se arrepintiere, es recibida como esclava y no como señora, porque desertó del desposorio real, y porque amó a otro más que a aquel a quien debió amar. Aquel también que la violó seduciéndola, si quisiere enmendar su culpa, de tal modo se arrepienta como si hubiera roto el cielo, para que no caiga en la perdición de la muerte, porque corrompió temerariamente un desposorio supremo.

Quod est hoc? Nam, si aliquis magnus princeps sponsam sibi valde charam habet, quam servus servorum suorum adulterando corrumpit, quid dominus ille tacit? Vere in maxima ira lictores suos mittit ut illum perdant, quoniam eum in propriis visceribus confudit. Quod si tunc servus ille timens, omnes missos illos orat, ut pro ipso intercedant, et insuper ad pedes domini sui flebiliter procumbit ut sibi parcat, tunc rex ille propter bonitatem suam, et propter petitionem illorum eum vivere sinens, societatem conservorum suorum illi reddit, sed tamen eum ita ut caeteros inferiores et familiares amicos suos non remunerat, quamvis et inter alios illi consimiles conservos ipsius debitam gratiam exhibeat. Ita et huic erit, qui aeterni regis sponsam seducendo violaverit. Summus enim rex in rectissimo zelo judicia sua exercens illum ad perditionem transmittit, qui eum in hoc facto quasi illusor in oblivione mentis suae habuit. Sed si miser ille diem hujus indignationis anticipans electos Dei suppliciter oraverit, ut veniam sibi a domino suo obtineant, et insuper humanitatem Salvatoris sui flebiliter inspexerit, quatenus per gratiam ipsius a peccato suo absolvatur: tunc rex sanguinem hunc qui pro redemptione humani generis effusus est, et dilectionem supernorum civium attendens, illum a reatu suo et a diabolica potestate ne in perditionem eat eripit, ac eum in salvationem beatarum animarum reponit; sed tamen tripudium regalis desponsationis quo caeteri amici Dei his sacris virginibus quae Filio meo superna dispensatione dicatae sunt congaudent, non decorabit; et tanquam illum qui pudorem virginitatis amisit, decore virginitatis non coronabit, quamvis ei inter alios electos suos gaudium in superna civitate cum inaestimabili remuneratione tribuatur.

Sed quod sub eodem splendore ubi ipse velut aurora rutilat, vides inter coelum et terram densissimas tenebras apparere, quae tanti horroris sunt ultra quam etiam humana lingua effari possit: hoc est quod sub virginali gloria inter spiritualem et carnalem intellectum, casus primi parentis qui densissimus in offuscatione infidelitatis erat, ita ut terrorem illius nullus hominum explicare valeret, aperte cognitus est. Quomodo? Quia in incarnatione Filii Dei qui ex virgine natus est coeleste desiderium ascendit, et terrena concupiscentia exclusa est, quoniam praevaricatio Adae per sanguinem ejusdem Filii Dei mirabiliter in salvatione restaurata est, cum prius illam nullus nisi Unigenitus Dei a Patre missus in mundum dissolvere ad supernum ingressum posset. Unde ut audis in typica manifestatione, nisi idem Filius Dei sanguinem suum pro salute hominum fudisset, illa transgressio ita comprimeret hominem, ut ad gaudium supernorum civium pertingere non posset.

¿Qué es esto? Pues, si algún gran príncipe tiene una esposa muy querida para sí, a la cual un siervo de sus siervos corrompe cometiendo adulterio, ¿qué hace aquel señor? Verdaderamente en máxima ira envía a sus lictores para que lo destruyan, puesto que lo confundió en sus propias entrañas. Pero si entonces aquel siervo temiendo, ruega a todos aquellos enviados que intercedan por él, y además se postra llorosamente a los pies de su señor para que le perdone, entonces aquel rey por su bondad, y por la petición de ellos dejándolo vivir, le devuelve la sociedad de sus consiervos, pero sin embargo no lo remunera como a sus otros amigos inferiores y familiares, aunque también entre sus otros consiervos le exhiba la debida gracia. Así será también para este, que hubiera violado a la esposa del rey eterno seduciéndola. Pues el sumo rey ejerciendo sus juicios en rectísimo celo lo envía a la perdición, a aquel que lo tuvo como un iluso en el olvido de su mente en este hecho. Pero si aquel miserable anticipando el día de esta indignación rogare suplicante a los elegidos de Dios para que le obtengan el perdón de su señor, y además mirare llorosamente la humanidad de su Salvador, para que por la gracia de este sea absuelto de su pecado: entonces el rey atendiendo a esta sangre que fue derramada por la redención del género humano, y al amor de los ciudadanos supremos, lo arrebata de su culpa y de la potestad diabólica para que no vaya a la perdición, y lo repone en la salvación de las almas bienaventuradas; pero sin embargo no lo decorará con el baile del desposorio real por el cual los otros amigos de Dios se regocijan junto con estas sagradas vírgenes que están dedicadas a mi Hijo por disposición suprema; y como a aquel que perdió el pudor de la virginidad, no lo coronará con el decoro de la virginidad, aunque se le dé alegría en la ciudad suprema con remuneración inestimable entre sus otros elegidos.

Pero el que bajo el mismo resplandor donde rutila como la aurora, veas aparecer entre el cielo y la tierra densísimas tinieblas, que son de tanto horror más allá de lo que incluso la lengua humana puede expresar: esto es porque bajo la gloria virginal entre el intelecto espiritual y el carnal, la caída del primer padre que fue densísima en el oscurecimiento de la infidelidad, de modo que ninguno de los hombres podía explicar el terror de ella, fue conocida abiertamente. ¿Cómo? Porque en la encarnación del Hijo de Dios que nació de una virgen ascendió el deseo celestial, y la concupiscencia terrenal fue excluida, puesto que la prevaricación de Adán fue admirablemente restaurada en la salvación a través de la sangre del mismo Hijo de Dios, mientras que antes nadie excepto el Unigénito de Dios enviado por el Padre al mundo podía disolverla para el ingreso supremo. Por lo cual, como oyes en la manifestación típica, a menos que el mismo Hijo de Dios hubiera derramado su sangre por la salvación de los hombres, aquella transgresión comprimiría de tal modo al hombre, que no podría alcanzar el gozo de los ciudadanos supremos.

Quod autem ubi splendor quasi purpura hyacintho intermista fulget, fortiter praedictam muliebrem imaginem constringens ardet: hoc designat perfectionem illorum qui passionem Filii mei in charitatis ardore imitantes, strenue Ecclesiam in constrictione sua exornant. Quomodo? Quoniam ipsi sunt alta aedificatio surgentis thesauri in divino consilio, quia cum Ecclesia jam roborata convaluit, egressus est ad decorem illius vivens odor, vovens iter secretae regenerationis. Quid est hoc? Quia tunc surrexit, mirabilis ordo qui Filium meum in specie exempli ejus tetigit, quoniam ut Filius meus venit in mundum de communi populo abscisus; ita et haec acies conversatur in saeculo de reliquo populo separata, fragrans ut balsamum de arbore suaviter sudat; sic et populus iste primum in eremo et in abscondito singulariter exortus est; et deinde veluti arbor, ramos suos expandit paulatim in multitudine plenitudinis proficiens. Et populum istum benedixi et sanctificavi; quoniam ipsi mihi sunt amantissimi flores rosarum, et liliorum, qui sine humano opere in agro germinant, sic et populum hunc nulla lex ad hoc constringit ut eam arctam viam appetat; sed ipse illam me suaviter inspirante sine praecepto legis sua voluntate aggreditur, plus quam sibi jussum sit efficiens. Unde et plurimum mercedis inde acquirit, sicut et in Evangelio ubi Samaritanus illum vulneratum hominem in stabulum induxit quemadmodum scriptum est: Altera die protulit duos denarios, et dedit stabulario et ait: Curam illius habe, et quodcunque supererogaveris, ego cum rediero reddam tibi (Luc. X).

Quid hoc? In prima die salutis, videlicet cum Filius Dei mirabiliter incarnatus corporaliter in mundo manebat, multa et admiranda opera in humanitate sua usque ad resurrectionem suam perfecit; per quae vulneratum hominem ad vera remedia salubriter reduxit. Sed altera die idem cum omnia mysteria veritatis post resurrectionem suam in Ecclesia aperte posita sunt, protulit in typica manifestatione Novum et Vetus Testamentum aeternae vitae certissimam demonstrationem, et credenti populo dulcissimum cibum. Et haec scripta dedit per gratiam suam pastoribus Ecclesiae qui gregem ejus custodiunt, et ait illis in verbis blandae admonitionis suae. In ecclesiasticis constitutionibus procurate Christianam cohortem, quam in sanguine meo redemptam vobis commisi: hoc habentes in sollicitudine vestra, ne in aliquibus quae pertinent ad vitam deficiens erret. Quodcunque autem quae vobis servanda tradidi, in bona voluntate vestra superaddideritis plus scilicet facientes quam vobis praeceptum sit: ego qui ductor et salvator vester sum, nunc mundum relinquens, et ad Patrem ascendens, cum iterum rediero mundum judicare, eumque in indeficientem stabilitatem ponere, ita quod amplius per labentia tempora non debilitetur; tunc mercedem laborum vestrorum, et bonae voluntatis vestrae, cum augmentato fructu reddam vobis. Et dicam, o fidelis et probe serve, qui fideliter ministras.

Pero porque donde el resplandor brilla como púrpura mezclada con jacinto, arde constriñendo fuertemente a la mencionada imagen mujeril: esto designa la perfección de aquellos que, imitando la pasión de mi Hijo en el ardor de la caridad, adornan denodadamente a la Iglesia en su constricción. ¿Cómo? Puesto que ellos mismos son la alta edificación del tesoro naciente en el consejo divino, porque cuando la Iglesia ya fortalecida convaleció, salió para el decoro de ella un olor viviente, prometiendo un camino de regeneración secreta. ¿Qué es esto? Porque entonces surgió un orden admirable que tocó a mi Hijo en la especie de su ejemplo, puesto que así como mi Hijo vino al mundo separado del pueblo común, así también este ejército conversa en el siglo separado del resto del pueblo, fragante como el bálsamo que suda suavemente del árbol; así también este pueblo surgió primero singularmente en el desierto y en lo oculto; y después, como un árbol, expandió sus ramas poco a poco progresando en la multitud de la plenitud. Y a este pueblo bendije y santifiqué; puesto que ellos son para mí amadísimas flores de rosas y de lirios, que germinan en el campo sin obra humana, así también a este pueblo ninguna ley lo constriñe a esto, a que busque aquel camino estrecho, sino que él mismo lo emprende por su voluntad con mi suave inspiración sin precepto de la ley, realizando más de lo que se le ha mandado. Por lo cual también adquiere muchísima recompensa de ello, así como en el Evangelio donde el samaritano introdujo a aquel hombre herido en el establo, tal como está escrito: Al otro día sacó dos denarios, y se los dio al establo y dijo: Ten cuidado de él, y todo lo que supererogares, yo te lo devolveré cuando regrese (Luc. 10, 35).

¿Qué es esto? En el primer día de la salvación, a saber, cuando el Hijo de Dios admirablemente encarnado permanecía corporalmente en el mundo, perfeccionó muchas y admirables obras en su humanidad hasta su resurrección; a través de las cuales condujo saludablemente al hombre herido a los verdaderos remedios. Pero al otro día, cuando todos los misterios de la verdad después de su resurrección fueron puestos abiertamente en la Iglesia, profirió en la manifestación típica el Nuevo y el Antiguo Testamento, la certísima demostración de la vida eterna, y el dulcísimo alimento para el pueblo creyente. Y estos escritos dio por su gracia a los pastores de la Iglesia que custodian su rebaño, y les dijo en palabras de su blanda amonestación. En las constituciones eclesiásticas procurad por la cohorte cristiana, que redimida en mi sangre os he confiado, teniendo esto en vuestra solicitud, que no yerre desfalleciendo en algo que pertenezca a la vida. Todo lo que, sin embargo, de aquello que os he entregado para guardar, añadiereis de más en vuestra buena voluntad, haciendo a saber más de lo que se os ha mandado: yo, que soy vuestro guía y salvador, dejando ahora el mundo y ascendiendo al Padre, cuando regrese de nuevo a juzgar al mundo y a ponerlo en una estabilidad indeficiente, de modo que no se debilite más por el paso del tiempo, entonces os devolveré la recompensa de vuestros trabajos y de vuestra buena voluntad con fruto aumentado. Y diré: Oh fiel y probo siervo, que ministras fielmente.

Quisquis plus voti sui addit quam sibi in lege praeceptum sit, duplicem mercedem accipiet, quia illum in nomine meo gloriosum habeo, quoniam me multum dilexit.

Et ego dico: Nec virgineum genus, nec hic ordo singularis devotionis, nec qui eos imitantur ut ii qui in eremo jacent, sunt in praecepto legis, sicut et prophetae, ab hominibus sub carnali lege constituti non sunt; quia tantum mea inspiratione incedentes vivent et hi plus addunt quam eis praeceptum sit, quod sacerdotalis ordo et reliqua institutio sacerdotalis officii non facit, quia haec in Abraham et in Mose in Veteri Testamento jussa sunt, sicut etiam et apostoli illa ex eadem lege tollentes, et in Spiritu sancto ea secundum voluntatem meam bene ordinantes, Ecclesiae conservanda tradiderunt. Sed et ipsa apostolica doctrina in Evangelio per Filium meum disposita est, ubi discipuli ejus in universum mundum verba veritatis effundere missi sunt. Quid tunc? Nam cum apostoli viam salutis populo annuntiarent, lucidissima aurora filiarum Sion in amore Filii mei exorta est, illorum scilicet qui carnem suam fortiter constrinxerunt, et malam concupiscentiam in semetipsis duriter mortificaverunt. Et sicut tunc haec casta virginitas in ardente amore Filium meum subsecuta est, ita etiam hic mihi valde amabilis ordo singularis devotionis, incarnationem illius imitatus est, qui sunt recta templa mea, videlicet ut chori angelorum me colentes, et ejusdem unigeniti mei passionem et mortem ac sepulturam in corpore suo portantes; non tamen ita ut gladio aut aliis terroribus ex quibus homines deficiunt moriantur, sed Filium meum sic imitantes, ut voluntatem carnis suae abjiciant, cum se ab omnibus saecularibus rebus et ornamentis in quibus mundus laetatur abdicant, ut in Evangelio de Joanne lucerna mundi scriptum est: Ipse autem Joannes habebat vestimentum de pilis camelorum, et zonam pelliceam circa lumbos suos (Matth. III). Quid est hoc? Ille in quo divina gratia mirabilem abstinentiam suscitaverat, per eamdem gratiam habebat, defensionem virtutis hujus, quod in mente sua honorem et divitias saeculares contempserat, et quod etiam per constrictionem quam in mortificatione vitiorum circa voluptatem carnis suae postuerat, petulantes motus corporis sui fortiter domuerat, cum majores aedificationes quam praedecessores sui instituerat, videlicet cum per duras et asperas vias incedens terrenas concupiscentias conculcaret. Quomodo?

Quienquiera que añada más de su voto de lo que se le ha mandado en la ley, recibirá doble recompensa, porque lo tengo por glorioso en mi nombre, puesto que me amó mucho.

Y yo digo: Ni el género virginal, ni este orden de singular devoción, ni quienes los imitan como los que yacen en el desierto, están en el precepto de la ley, tal como tampoco los profetas fueron constituidos por hombres bajo la ley carnal; porque caminando solo por mi inspiración vivirán, y estos añaden más de lo que se les ha mandado, lo cual el orden sacerdotal y la demás institución del oficio sacerdotal no hace, porque estas cosas fueron mandadas en Abraham y en Moisés en el Antiguo Testamento, tal como también los apóstoles, tomándolas de esa misma ley y ordenándolas bien en el Espíritu Santo según mi voluntad, las entregaron a la Iglesia para ser guardadas. Pero también la misma doctrina apostólica fue dispuesta en el Evangelio por mi Hijo, donde sus discípulos fueron enviados a derramar las palabras de la verdad por todo el mundo. ¿Qué entonces? Pues cuando los apóstoles anunciaban el camino de la salvación al pueblo, surgió la lucidísima aurora de las hijas de Sion en el amor de mi Hijo, a saber, de aquellos que constriñeron fuertemente su carne y mortificaron duramente la mala concupiscencia en sí mismos. Y así como entonces esta casta virginidad siguió a mi Hijo en ardiente amor, así también este orden para mí muy amable de singular devoción ha imitado su encarnación, los cuales son mis rectos templos, a saber, como coros de ángeles que me veneran, y llevando en su cuerpo la pasión y muerte y sepultura del mismo unigénito mío; no sin embargo de modo que mueran por la espada u otros terrores por los que los hombres desfallecen, sino imitando así a mi Hijo que desechan la voluntad de su carne, cuando se abdican de todas las cosas y ornamentos seculares en los que el mundo se alegra, como está escrito en el Evangelio sobre Juan, la lámpara del mundo: El mismo Juan tenía su vestidura de pelos de camellos, y una zona de piel alrededor de sus lomos (Mat. 3, 4). ¿Qué es esto? Aquel en quien la divina gracia había suscitado una admirable abstinencia, tenía por la misma gracia la defensa de esta virtud, que en su mente había despreciado el honor y las riquezas seculares, y que también por la constricción que había puesto en la mortificación de los vicios alrededor de la voluptuosidad de su carne, había domado fuertemente los movimientos petulantes de su cuerpo, instituyendo mayores edificaciones que sus predecesores, a saber, cuando caminando por caminos duros y ásperos conculcaba las concupiscencias terrenas. ¿Cómo?

Quia plurima opera virtutum strenue faciens, castitatem ardenter amavit, praebens etiam iis viam medicamenti qui illud devote exquirebant. Unde etiam illi qui sunt vivens odor, vovens iter secretae regenerationis, eumdem Joannem in maximis tenebris saeculi lucentem, per acutissimas operationes beatarum virtutum in vita sua subsequentes, ineptam altitudinem et latitudinem mundialium rerum fugiant, et in constrictione diffusi animi sui corpus suum coercentes malam concupiscentiam abjiciant, ita excellentioribus instrumentis quam qui ante ipsos simpliciter in via Domini gradientes, simplicia habitacula faciebant, serenissime fulgentes, acutam et angustam semitam arripiant ea scilicet quae in voluptatibus saeculi sunt fortiter sub pedibus suis conculcantes. Quomodo? Quoniam seipsos despicientes, et corpus suum servituti Christi in operatione virtutum subjicientes, petulantiam in austeritate morum suorum declinent, sic per bona exempla sua caeteris hominibus lucidissime fulgentes. Nam etiam angelicum chorum fideliter imitantur. Quomodo? In abjectione saecularium, quoniam, ut angeli nec terrena quaerunt nec concupiscunt, ita et isti eos hoc modo mirabiliter subsequuntur, ita quod omnia caduca contemnunt.

Unde etiam sicut Filius meus est nuntius salutiferorum sacramentorum, et sacerdos sacerdotum, ac propheta prophetarum, et aedificator felicium turrium; ita etiam si necessitas ingruerit, qui inter hujusmodi homines radicem odoris cum utilitate habet, sit nuntius et sacerdos, sit propheta et consiliator ecclesiasticae aedificationis; nec omnino ab his separandus est: si tantum oculus claritatis in eo lucet, nec ad usum ecclesiasticum dormiat, sed ad instructionem ejus vigilet, occupationem tantum saecularis causae, et contagia saecularium rerum abjiciens, quia nec angeli, nec sacerdotes, nec prophetae justitiam Dei occultabunt; sed eam ex praecepto illius in veritate proferent, quemadmodum de Joanne qui arundo vento agitata non fuit, cujus austeritatem isti subsequuntur; in quorum similitudine in Evangelio iterum scriptum est: Et egrediebatur ad illum omnis Judaeae regio, et Hierosolymitae universi, et baptizabantur ab illo in Jordane flumine, confitentes peccata sua (Matth. III).

Quid est hoc? In suspiriis et gemitibus a delectatione vitiorum egrediebantur ad illum, in quo divina gratia operabatur tota simplicis confessionis devota voluntas et visionis pacis unanimiter omnis effectus illorum scilicet hominum quorum corda per timorem mortis ad amorem vitae concussa fuerant. Quomodo? Quoniam idem Joannes praecursor veritatis, et amaritudinem et dulcedinem eis intimaverat.

Porque realizando denodadamente muchísimas obras de virtudes, amó ardientemente la castidad, ofreciendo también el camino de la medicina a quienes la buscaban devotamente. Por lo cual también aquellos que son olor viviente, prometiendo un camino de regeneración secreta, siguiendo al mismo Juan que brilla en las máximas tinieblas del siglo, a través de las agudísimas operaciones de las bienaventuradas virtudes en su vida, huyan de la inepta altura y latitud de las cosas mundanas, y en la constricción de su alma difundida, reprimiendo su cuerpo, desechen la mala concupiscencia, así con instrumentos más excelentes que quienes antes de ellos caminando simplemente en el camino del Señor hacían simples habitáculos, brillando serenamente, arrebaten la aguzada y estrecha senda, a saber, conculcando fuertemente bajo sus pies aquellas cosas que están en las voluptuosidades del siglo. ¿Cómo? Puesto que despreciándose a sí mismos y sometiendo su cuerpo a la servidumbre de Cristo en la operación de las virtudes, declinen la petulancia en la austeridad de sus costumbres, brillando así lucidísimamente ante los demás hombres por sus buenos ejemplos. Pues también imitan fielmente al coro angélico. ¿Cómo? En el rechazo de las cosas seculares, puesto que, como los ángeles ni buscan ni concupiscente las cosas terrenas, así también estos los siguen admirablemente de este modo, de modo que desprecian todas las cosas caducas.

Por lo cual también, así como mi Hijo es el mensajero de los sacramentos salutíferos, y el sacerdote de los sacerdotes, y el profeta de los profetas, y el edificador de las torres felices; así también si la necesidad apremiara, quien entre tales hombres tiene la raíz del olor con utilidad, sea mensajero y sacerdote, sea profeta y consejero de la edificación eclesiástica; ni debe ser separado en absoluto de estos: si solo el ojo de la claridad brilla en él, ni duerma para el uso eclesiástico, sino que vigile para su instrucción, desechando solo la ocupación de la causa secular y los contagios de las cosas seculares, porque ni los ángeles, ni los sacerdotes, ni los profetas ocultarán la justicia de Dios; sino que la proferirán en verdad por su precepto, tal como sobre Juan, que no fue una caña agitada por el viento, cuya austeridad estos siguen; en cuya similitud está escrito de nuevo en el Evangelio: Y salía hacia él toda la región de Judea, y todos los jerosolimitanos, y eran bautizados por él en el río Jordán, confesando sus pecados (Mat. 3, 5-6).

¿Qué es esto? En suspiros y gemidos desde la delectación de los vicios salían hacia él, en quien la divina gracia obraba toda la devota voluntad de la simple confesión y unánimemente todo el efecto de la visión de la paz de aquellos hombres, a saber, cuyos corazones habían sido sacudidos por el temor de la muerte hacia el amor de la vida. ¿Cómo? Puesto que el mismo Juan, precursor de la verdad, les había intimado tanto la amargura como la dulzura.

Unde et ipsi perfusionem poenitudinis a rectitudine ejus flagitabant; quatenus per declinationem malorum, et per erectionem bonorum, confessionem scelerum suorum facientes, illum mererentur adipisci qui ipsis non in umbra antiquitatis remedium denuntiaret, sed qui eis in luce novitatis veram salutem conferret. Sed ut idem Joannes homines ad se venientes docens, et flumine irrigationis perfundens: verba poenitudinis eorum ad honorem venturi Salvatoris suscipiebat; ita etiam nunc in nomine ejusdem Salvatoris qui veniens salutem fidelibus contulit; et illi facere non negligant, qui testimonio sanctificationis fulminantis, operi plus addunt per inspirationem, videlicet Spiritus sancti, in abrenuntiatione saecularium rerum, novam austeritatem secundum similitudinem illam aggredientes, quam ex praecepto ejusdem testimonii sanctificationis per regenerationem spiritus et aquae in abjectione diabolicae servitutis, novum hominem induentes adierunt; sed ubi stimuli impellentis necessitatis se obtulerint, admonendo et erigendo ac sanando manum devoti juvaminis petentibus porrigant, si tamen ad illam dignitatem ecclesiastica promotione digne pervenerunt, at in hoc praedecessorem suum fideliter imitentur, ut quod ille velut in umbra ostendit, ipsi in novitate lucis veraciter compleant.

Ipsi enim sunt zona Ecclesiae eam valde constringentes; quoniam in incarnatione Filii mei occupati sunt, et quia etiam angelicum ordinem exercent, scilicet non cessantes ullis horis cantando cum sonitu, aut orando in compunctione, non autem excussis clamoribus ut inutilis pulvis aut aridus absque vigore compunctionis; et quia etiam non recusant operari pro necessitate sua; non tamen in manibus suis saecularia quaerentes, sed cum charitate et humilitate se ipsos districte circumspicientes. O ipse fortissimus atque amantissimus populus meus, cum in eis afflictionem illam attendo quam Filius meus in carne sua passus est, quoniam et ipsi secundum mortem illius moriuntur, cum voluntatem suam deserentes, et propter vitam aeternam magisterio se subjicientes, secundum imperium praelatorum suorum gradiuntur.

Quapropter et vestitus eorum vestitui aliorum populorum non assimilatur, quia et ipse integer incorruptam incarnationem Filii mei quae plurimum distat a procreatione aliorum hominum ostendit. Nam illam incarnationem legale imperium viri ac mulieris non tetigit, sicut nec iste populus ulla conscripta lege ad hanc constrictionem cogendus est; sed qui eam pro dilectione Dei sua voluntate vovendo aggreditur, hic in ipsa perseveret, ne retrocedens corruat, sicut Lucifer, qui lucem deseruit et tenebras recepit.

Por lo cual también ellos mismos pedían la perfusión de la penitencia a su rectitud; para que por la declinación de los males y por la erección de los bienes, haciendo confesión de sus crímenes, merecieran alcanzar a aquel que les anunciaría el remedio no en la sombra de la antigüedad, sino que les conferiría la verdadera salvación en la luz de la novedad. Pero así como el mismo Juan, enseñando a los hombres que venían a él y perfundiéndolos con el río de la irrigación, recibía las palabras de su penitencia para honor del Salvador venidero; así también ahora, en el nombre del mismo Salvador que viniendo confirió la salvación a los fieles, no descuiden hacerlo aquellos que, por el testimonio de la santificación fulminante, añaden más a la obra por inspiración, a saber, del Espíritu Santo, en la renuncia de las cosas seculares, emprendiendo una nueva austeridad según aquella similitud a la que se acercaron por precepto del mismo testimonio de la santificación a través de la regeneración del espíritu y del agua en el rechazo de la servidumbre diabólica, vistiendo al hombre nuevo; pero donde se presentaran los aguijones de la necesidad apremiante, amonestando y levantando y sanando, tiendan la mano de la devota ayuda a quienes la pidan, si sin embargo han llegado dignamente a esa dignidad por promoción eclesiástica, y en esto imiten fielmente a su predecesor, para que lo que aquel mostró como en sombra, ellos mismos lo completen verdaderamente en la novedad de la luz.

Pues ellos mismos son la zona de la Iglesia, constriñéndola fuertemente, puesto que están ocupados en la encarnación de mi Hijo, y porque también ejercen el orden angélico, a saber, no cesando en ninguna hora cantando con sonido o rezando con compunción, pero no con clamores sacudidos como polvo inútil o seco sin el vigor de la compunción; y porque tampoco rehúsan trabajar para su necesidad, pero sin buscar cosas seculares en sus manos, sino con caridad y humildad vigilándose estrictamente a sí mismos. Oh mi pueblo fortísimo y amadísimo, cuando atiendo en ellos a aquella aflicción que mi Hijo padeció en su carne, puesto que ellos también mueran según su muerte cuando, desertando de su propia voluntad y sometiéndose al magisterio por la vida eterna, caminan según el imperio de sus prelados.

Por lo cual, su vestidura no se asemeja a la vestidura de otros pueblos, porque ella misma, íntegra, muestra la encarnación incorrupta de mi Hijo, que dista muchísimo de la procreación de los demás hombres. Pues el mandato legal de varón y mujer no tocó aquella encarnación, así como tampoco este pueblo debe ser forzado a esta constricción por ninguna ley escrita; sino que quien se acerca a ella por su propia voluntad, prometiéndola por el amor de Dios, que persevere en ella, para que retrocediendo no caiga, como Lucifer, que desertó de la luz y recibió las tinieblas.

Hujusmodi enim vestitus secundum coruscationem supernorum spirituum cum alis subtilitatis suae circumvolat, et incarnationem ac sepulturam Filii mei designat, quia signum incarnationis in suo vestitu habet, qui se ad fortissimam obedienceiam exhibet, et signum sepulturae ejus in ipso vestitu portat; qui in operibus justitiae, saecularibus causis abrenuntiat. Unde qui pura voluntate eodem vestitu induitur, salubri remedio alleviatur. Et ideo qui illum per invocationem Spiritus sancti in benedictionibus suscipit, non illum abjiciat, quoniam qui eum per abjectionem perseverantis mali contempserit, cum illo erit qui angelicum ordinem sprevit et in mortem sepeliendus corruit. Quid est hoc? quoniam hic populus ex praecepto legis ad hanc constrictionem stimulatus non est, sed voluntate sua aggressus est pactum meum observare, et ita Ecclesiam meam sua sancta conversatione illustrare. Quomodo? Ut post primam lucem diei aurora solis aspicitur, ita ordo iste post voces apostolorum exortus est. Quid est hoc?

Prima lux diei fidelia verba apostolicae doctrinae designat, aurora initium hujus conversationis quae primum in solitudine et in speluncis post illam beatam doctrinam germinavit demonstrat, sol autem discretam et bene dispositam viam in servo meo Benedicto declarat; quem ego per ardentem ignem traduxi, docens eum in vestitu conversationis suae incarnationem Filii mei colere, et in abnegatione voluntatis suae passionem illius imitari, quia ipse Benedictus est quasi alter Moses in lapideo foramine jacens, et corpus suum, in multa asperitate ob amorem vitae crucians et constringens quemadmodum etiam primus Moses in lapideis tabulis ex praecepto meo asperam et duram legem scribens Judaeis dedit. Sed ut filius meus eamdem legem per dulcedinem Evangelii perforavit, sic etiam Benedictus famulus meus propositum hujus ordinis quod ante ipsum diversissima conversatio fuit, per dulcedinem inspirationis Spiritus sancti discretam et planam viam fecit, ac per hoc plurimam cohortem suae religionis collegit; ut etiam Filius meus per suavitatem odoris sui Christianum populum sibi coadunavit. Et deinde Spiritus sanctus cordibus electorum suorum suspiria vitae habentium inspiravit, ut sicut in lavacro baptismi crimina populorum abluuntur, ita et ipsi in significatione passionis ejusdem Filii mei saeculares pompas abjicerent. Quomodo? Nam ut homo a diabolica potestate in sancto baptismo convertitur, crimina veteris maculae abjiciens; sic et isti terrenas causas in signo vestitus sui abnegant, in quo etiam et angelicum signum habent. Quomodo? Ipsi enim in voluntate mea; protectores populi mei positi sunt.

Pues una vestidura de este tipo vuela según el coruscamiento de los espíritus superiores con las alas de su sutileza, y designa la encarnación y la sepultura de mi Hijo, porque tiene el signo de la encarnación en su vestidura quien se ofrece a la más fuerte obediencia, y porta el signo de su sepultura en esa misma vestidura quien, en obras de justicia, renuncia a las causas seculares. Por lo cual, quien con pura voluntad se viste con la misma vestidura, es aliviado con un remedio saludable. Y por eso, quien la recibe por la invocación del Espíritu Santo en las bendiciones, no la arroje, porque quien por el rechazo del mal perseverante la haya despreciado, estará con aquel que despreció el orden angélico y cayó para ser sepultado en la muerte. ¿Qué es esto? Porque este pueblo no fue estimulado a esta constricción por precepto de la ley, sino que por su propia voluntad se acercó a observar mi pacto, e ilustrar así mi Iglesia con su santa conversación. ¿Cómo? Como después de la primera luz del día se ve la aurora del sol, así este orden surgió después de las voces de los apóstoles. ¿Qué es esto?

La primera luz del día designa las palabras fieles de la doctrina apostólica; la aurora demuestra el inicio de esta conversación que primero germinó en la soledad y en las cuevas después de aquella bendita doctrina; pero el sol declara el camino discreto y bien dispuesto en mi siervo Benito; a quien yo conduje a través de un fuego ardiente, enseñándole a venerar la encarnación de mi Hijo en la vestidura de su conversación, y a imitar la pasión de aquel en la abnegación de su propia voluntad, porque el mismo Benito es como otro Moisés yaciendo en un agujero de piedra, y crucificando y constriñendo su cuerpo con mucha aspereza por el amor de la vida, tal como también el primer Moisés, escribiendo la ley áspera y dura en tablas de piedra por mi precepto, la dio a los judíos. Pero así como mi Hijo perforó la misma ley por la dulzura del Evangelio, así también mi siervo Benito hizo del propósito de este orden, que antes de él fue una conversación diversísima, un camino discreto y llano por la dulzura de la inspiración del Espíritu Santo, y por esto reunió una numerosísima cohorte de su religión; como también mi Hijo, por la suavidad de su olor, congregó para sí al pueblo cristiano. Y luego el Espíritu Santo inspiró los corazones de sus elegidos que tienen suspiros de vida, para que así como en el lavatorio del bautismo se lavan los crímenes de los pueblos, así también ellos mismos, en la significación de la pasión del mismo Hijo mío, desecharan las pompas seculares. ¿Cómo? Pues así como el hombre se convierte de la potestad diabólica en el santo bautismo, desechando los crímenes de la antigua mancha; así también estos reniegan de las causas terrenas en el signo de su vestidura, en la cual también tienen un signo angélico. ¿Cómo? Pues ellos mismos, en mi voluntad, han sido puestos como protectores de mi pueblo.

Unde qui ex ipsis in sancta conversatione probati inveniuntur, pastores Ecclesiae meae constituantur, quia et angeli qui nulla macula terrenae causae tanguntur, custodes populi mei sunt. Nam sicut angeli coram Deo in duplici honore sunt, sic et homines hujus religionis sunt in duplici vita. Quomodo? Angeli in coelestibus Deo sine intermissione serviunt, et etiam in terris homines a diabolicis insidiis semper protegunt; sic et populus iste angelicum ordinem imitatur, cum terrena despiciens Deo quotidie famulatur, et cum etiam reliquos homines suis orationibus a malignis spiritibus die ac nocte tutatur. Unde si ecclesia mea rectum pastorem non habet, tunc hujusmodi religionis caetus clamando et flendo ipsi subveniat; et qui in eo probatus invenitur si necesse fuerit, superintendentiae sacerdotium suscipiens, ipsam in zelo meo strenue defendat. Nullus autem religionem horum repente et velut ex somno evigilans aggrediatur, nisi prius in constrictione animi sui si in hoc proposito perseverare valeat ex intima probatione examinetur, ne si illud voluntate sua in foedere benedictionis susceperit, et postmodum in perversitate erroris sui abjiciens mihi sine poenitentia illuserit, in damnatione mortis miserabiliter pereat. Quapropter, o charissimi filii mei, qui valde in contrarietate dissipati estis, surgite citius in humilitate et in charitate, et sancto proposito vestro viriliter et unanimiter consentite.

Sed, ut vides, alius splendor ut candida nubes praedictam muliebrem imaginem ab umbilico et deorsum ultra tamen nondum excrescens, honeste circumdat: qui est saecularis vita quae in candore serenae intentionis Ecclesiam a plenitudine germinantis fortitudinis usque ad extremitatem illam ubi ultra jam nondum in filiis suis processit, in reverentia justae subventionis circumplectitur. Quomodo? Quia circa umbilicum est germen membrorum de quo omne genus humanum procreatur, unde et ibi in ecclesia saecularis populus per quem ipsa ad plenum numerum in ordinibus suis provehenda est demonstratur, cum ibi reges et duces, principes ac praesides cum subjectis suis, ac etiam caeteri divites ac pauperes et egeni cum reliquo populo conversantes denuntiantur. Et per hos omnis Ecclesia valde ornatur, quia cum saeculares homines legem Dei quae ipsis posita est fideliter conservant, Ecclesiam plurimum exornant, et multis amplexibus Deum amplectuntur cum sincera humilitate et devotione magistris suis obediunt, et cum eleemosynis et vigiliis ac continentia, et etiam viduitate ac caeteris bonis operibus quae Dei sunt corpus suum pro Dei amore castigant. Unde illi qui constitutam sibi legem secundum voluntatem meam custodiunt, valde amabiles mihi sunt.

Por lo cual, aquellos de entre ellos que son hallados probados en la santa conversación, sean constituidos pastores de mi Iglesia, porque también los ángeles, que no son tocados por ninguna mancha de causa terrena, son los custodios de mi pueblo. Pues así como los ángeles gozan de un doble honor ante Dios, así también los hombres de esta religión viven en una vida doble. ¿Cómo? Los ángeles sirven a Dios en los cielos sin intermisión, y también protegen siempre a los hombres en la tierra de las insidias diabólicas; así también este pueblo imita el orden angélico, cuando despreciando las cosas terrenas sirve a Dios diariamente, y cuando también protege al resto de los hombres con sus oraciones de los espíritus malignos día y noche. Por lo cual, si mi Iglesia no tiene un pastor recto, entonces la asamblea de esta clase de religión debe socorrerla clamando y llorando; y quien en ella sea hallado probado, si fuera necesario, recibiendo el sacerdocio de la superintendencia, defiéndala denodadamente en mi celo. Pero nadie se acerque a su religión de repente y como despertando de un sueño, a menos que primero sea examinado en la constricción de su alma por una prueba íntima de si puede perseverar en este propósito, no sea que si lo recibe por su propia voluntad en el pacto de bendición, y después desechándolo en la perversidad de su error se burle de mí sin penitencia, perezca miserablemente en la condenación de la muerte. Por lo cual, oh carísimos hijos míos, que estáis tan disipados en la contrariedad, levantaos pronto en humildad y en caridad, y consentid viril y unánimemente en vuestro santo propósito.

Pero, como ves, otro esplendor como una nube blanca rodea honestamente a la mencionada imagen mujeril desde el ombligo y hacia abajo, aunque sin sobrepasarla todavía: que es la vida secular la cual, en la blancura de su serena intención, abraza a la Iglesia desde la plenitud de la fortaleza que germina hasta aquella extremidad donde todavía no ha avanzado más en sus hijos, en la reverencia de la justa subvención. ¿Cómo? Porque alrededor del ombligo está el germen de los miembros de los que se procrea todo el género humano, por lo cual también allí en la Iglesia se demuestra el pueblo secular a través del cual ella debe avanzar hasta el número pleno en sus órdenes, cuando se anuncian allí reyes y guías, príncipes y gobernadores con sus súbditos, y también otros ricos y pobres y necesitados que conversan con el resto del pueblo. Y por medio de estos, toda la Iglesia es adornada en gran manera, porque cuando los hombres seculares conservan fielmente la ley de Dios que se les ha puesto, adornan muchísimo a la Iglesia, y abrazan a Dios con muchos abrazos cuando obedecen a sus maestros con sincera humildad y devoción, y cuando con limosnas y vigilias y continencia, y también viudez y otras buenas obras que son de Dios castigan su cuerpo por el amor de Dios. Por lo cual, aquellos que custodian la ley que se les ha constituido según mi voluntad, me son muy amables.

Sed si quis ex illis jugum libertatis meae in abjectione saecularium ferre desiderat, ad me citius veniat nisi in junctura carnalis copulae sit, quam ligaturam temere non solvat nisi per voluntatem illius cujus consortium habet. Quomodo? Nec maritus uxorem, nec uxor maritum in hoc proposito deserat, nisi voluntas amborum sit; et tunc si ita deliberaverint, aut ambo remaneant in saeculo, aut ambo a saeculo separentur; quoniam esse non potest ut pes unus permaneat in corpore et alter a corpore abscindatur salvo homine. Sic etiam non congruit ut maritus saeculum colat, uxor saeculum deserat; aut ut uxor in saeculo resideat, et maritus saeculum fugiat, si in superna vita decorem suum invenire volunt; quia si hoc indiscrete et insipienter agitur, non hostia sed rapina appellabitur. Quapropter qui in carnali copula legali jure sibi conjuncti sunt, unanimiter simul vivant, nec alterum ab altero sine consensu alterius, nec sine dispositione aut demonstratione ecclesiastici vigoris insipienter se discindat, quemadmodum in Evangelio iterum scriptum est: Quod ergo Deus conjunxit homo non separet (Matth. XIX). Quid est hoc? Deus in creatione humani generis carnem de carne tulit et in unam copulationem conjunxit, ita constituens ne haec conjunctio praecipitanter ab invicem separaretur. Quomodo? Quia ita in conjunctione viri ac mulieris erit ubi caro carni et sanguis sanguini legali sanctione copulatur ne ab invicem sua stulta praecipitatione disjungantur, nisi hoc ex justa causa, aut ex rationabili devotione utriusque ligaturae evenire contingat, quoniam Deus in secreto sapientiae suae hanc conjunctionem maris et feminae ad propagationem hominum benigne disposuit. Et quia haec conjunctio ab ipso ita decenter instituta est, idcirco stulta cupiditas hominis abscisionem in his duabus partibus non faciat, nec pars haec nec illa dotem sanguinis sui in alienum locum ducat; quoniam, sicut Deus praecepit ne homo occidat hominem, ita etiam jussit ne homo per crudelitatem fornicationis, sanguinem snum a recto loco suo abscindat. Unde etiam homo ardorem cupiditatis suae deprimat, nec incendium suum ad alienum ignem transmittat; quia si haec ardens voluntas calorem alterius voluntatis cum fervente concupiscentia fortioris vel mollioris causae conceperit: vere tunc cum desiderio animi sui et cum colligatione amplexionis illius mentis in unum coagulantur. Nam exterior videns oculus interiorem calorem in adustionem excitat. Et quamvis corpus hoc peccatum cum corpore illo non operetur, tamen vivens voluntas facit opus ardoris in illis, ita quod omnia viscera eorum propter conscientiam suam concutiuntur. Quapropter claustra exterioris hominis tam cauta custodia observentur, ne interior homo per insipidam negligentiam saucietur.

Pero si alguno de ellos desea llevar el yugo de mi libertad en el rechazo de las cosas seculares, venga a mí más pronto a menos que esté en la coyuntura de la unión carnal, cuya ligadura no debe desatar temerariamente sino por la voluntad de aquel con quien tiene consorcio. ¿Cómo? Ni el marido abandone a la mujer, ni la mujer al marido en este propósito, a menos que sea voluntad de ambos; y entonces si así lo han deliberado, o permanezcan ambos en el siglo, o ambos se separen del siglo; puesto que no puede ser que un pie permanezca en el cuerpo y el otro sea cortado del cuerpo, quedando el hombre a salvo. Así tampoco conviene que el marido cultive el siglo y la mujer lo abandone; o que la mujer resida en el siglo y el marido lo huya, si quieren encontrar su decoro en la vida superior; porque si esto se hace indiscreta e insensatamente, no se llamará sacrificio sino rapiña. Por lo cual, quienes están unidos entre sí en unión carnal por derecho legal, vivan juntos unánimemente, ni se separe el uno del otro insensatamente sin el consentimiento del otro, ni sin la disposición o demostración del vigor eclesiástico, como está escrito de nuevo en el Evangelio: "Lo que Dios pues ha unido, que el hombre no lo separe" (Mat. 19). ¿Qué es esto? Dios en la creación del género humano tomó carne de la carne y los unió en una sola unión, constituyendo así que esta conjunción no se separara precipitadamente la una de la otra. ¿Cómo? Porque así será en la unión del varón y de la mujer donde la carne a la carne y la sangre a la sangre se acoplan por sanción legal, para que no se disocien entre sí por su propia estúpida precipitación, a menos que esto ocurra por una causa justa o por una devoción razonable de ambas ligaduras, puesto que Dios en el secreto de su sabiduría dispuso benignamente esta unión de macho y hembra para la propagación de los hombres. Y porque esta unión fue así decentemente instituida por Él, por lo tanto la estúpida codicia del hombre no haga una abscisión en estas dos partes, ni lleve esta parte o aquella la dote de su sangre a un lugar ajeno; puesto que, como Dios mandó que el hombre no mate al hombre, así también ordenó que el hombre no corte su sangre de su recto lugar por la crueldad de la fornicación. Por lo cual también el hombre deprima el ardor de su codicia, ni transmita su incendio a un fuego ajeno; porque si esta voluntad ardiente concibiera el calor de otra voluntad con la ferviente concupiscencia de una causa más fuerte o más blanda: verdaderamente entonces con el deseo de su alma y con la ligadura del abrazo de aquella mente se coagulan en uno. Pues el ojo exterior que ve excita el calor interior en una quemadura. Y aunque este cuerpo no opere este pecado con aquel cuerpo, sin embargo la voluntad viviente realiza la obra del ardor en ellos, de modo que todas sus vísceras se conmueven por su conciencia. Por lo cual los claustros del hombre exterior sean observados con tan cauta custodia, para que el hombre interior no sea herido por una insípida negligencia.

Et ut vides quod hi tres splendores circa ipsam imaginem se late diffundunt: hoc est quod in honore supernae Trinitatis praedictae tres ecclesiasticae institutiones ubique felicem Ecclesiam in dilatatione erumpentium germinum et in diffusione beatarum virtutum miro modo circumplectentes consolidant; unde etiam plurimos gradus et scalas in ea bene et decenter ostendunt, qui sunt diversi ordines tam in saecularibus quam in spiritualibus hominibus per quos eadem Ecclesia in bonitate morum et in disciplina virtutum, filios suos cum suavissima reverentia educatos ad superna perducit. Quomodo? Cum terrena spernunt, et cum coelestia diligunt. Quid est hoc? Quia legalia praecepta quae ipsis instituta sunt, in divino amore fideliter complent. Sed, sicut in tribus personis unus Deus est; ita etiam in his tribus praedictis ordinibus una Ecclesia est, cujus fundator ille est qui plantator omnium bonorum est. Quodcunque enim ille non plantavit, hoc stare non poterit. Unde illa institutio quam ipse non instituit, haec in magnis illusionibus decidet. Quomodo? Quia Deus illa non plantavit; quae ad superiora cum flatu superbiae ascendere tentant, nec superioribus suis subjici volunt. Hoc ibi est ubi minor ordo supra majorem ordinem qui de antiquo consilio principalium magistrorum in voluntate mea constitutus est, se elevare contendit; et ubi quidam in diversis signis vestitus sui se volunt dilatare secundum mores suos quemadmodum in insania sua cogitant, veluti si ordo angelorum se erigere vellet super ordinem archangelorum. Et quid hoc esset? Quasi nihilum et inane essent, qui sic recte constitutos Dei ordines in vanitatibus suis dividere vellent. Sed hoc esse non debet, ut ab his in insania diversitatis suae invocet, qui in proposito suo semper novi esse volunt, et rudes in scientia sua ad dicendum ea quae in mentibus suis sunt, deserentes bene tritam viam, et bene complanatam arcam antiquorum Patrum, quam illis Spiritus sanctus inspiravit. Unde multi ex his constitutas ordinationes quas Ecclesia in antiquis Patribus habet, in magna superbia destituunt, et hoc in plurimis schismatibus diversarum institutionum suarum faciunt. Ipsi enim in diversis circuitionibus suis fructiferae arbores dici volunt; sed nec vacuae arundines appellari possunt, quemadmodum dilecto Joanni de illo ostenditur qui in tempore marcens abjicitur, ut scriptum est: Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus. Utinam frigidus esses aut calidus! Sed quia tepidus es, incipiam te evomere ex cre meo (Apoc. III). Quid est hoc?

Y el que veas que estos tres esplendores se difunden ampliamente alrededor de la misma imagen: es que, en honor de la suprema Trinidad, las tres instituciones eclesiásticas mencionadas consolidan por todas partes a la feliz Iglesia, abrazándola de modo admirable en la dilatación de los gérmenes que brotan y en la difusión de las bienaventuradas virtudes; de donde también muestran en ella muy bien y decentemente muchos grados y escalas, que son los diversos órdenes tanto en los hombres seculares como en los espirituales, a través de los cuales la misma Iglesia, en la bondad de las costumbres y en la disciplina de las virtudes, conduce a lo alto a sus hijos educados con suavísima reverencia. ¿Cómo? Cuando desprecian lo terreno y cuando aman lo celestial. ¿Qué es esto? Porque cumplen fielmente en el amor divino los preceptos legales que les han sido instituidos. Pero, así como en tres personas hay un solo Dios; así también en estos tres órdenes mencionados hay una sola Iglesia, cuyo fundador es aquel que es el plantador de todos los bienes. Pues cualquier cosa que él no haya plantado, no podrá permanecer en pie. Por lo cual, aquella institución que él mismo no instituyó, caerá en grandes ilusiones. ¿Cómo? Porque Dios no plantó aquellas cosas que intentan ascender a lo superior con el soplo de la soberbia, ni quieren estar sujetas a sus superiores. Esto es allí donde un orden menor contiende por elevarse sobre un orden mayor que fue constituido en mi voluntad por el antiguo consejo de los principales maestros; y donde algunos quieren dilatarse en diversos signos de su vestidura según sus costumbres, tal como piensan en su locura, como si el orden de los ángeles quisiera erigirse sobre el orden de los arcángeles. ¿Y qué sería esto? Serían como nada y vacío, quienes así quisieran dividir en sus vanidades los órdenes de Dios rectamente constituidos. Pero esto no debe ser, que sea invocado por estos en la locura de su diversidad, quienes siempre quieren ser nuevos en su propósito, y rudos en su ciencia para decir aquellas cosas que están en sus mentes, abandonando el camino bien trillado y el arca bien plana de los antiguos Padres, que el Espíritu Santo les inspiró. Por lo cual muchos de estos, con gran soberbia, destituyen las ordenaciones constituidas que la Iglesia tiene en los antiguos Padres, y hacen esto en muchísimos cismas de sus diversas instituciones. Pues ellos mismos, en sus diversos circuitos, quieren ser llamados árboles fructíferos; pero ni siquiera pueden ser llamados cañas vacías, como se le muestra al amado Juan sobre aquel que, marchitándose con el tiempo, es desechado, como está escrito: "Conozco tus obras, que no eres frío ni caliente. ¡Ojalá fueras frío o caliente! Pero porque eres tibio, empezaré a vomitarte de mi boca" (Apoc. 3). ¿Qué es esto?

O stulte, qui in temetipso turpiter marces, ego qui cognitor secretorum sum, in omnia sciente oculo video opera desideriorum tuorum, quoniam opera quae ad ignem ignei illuminatoris pertinent omnino non effugisti, nec etiam opera quae glaciem frigidi rigoris inducunt omnino abjecisti. Quomodo? Tu nec es in malis operibus ex toto frigidus, nec in bonis actibus ex toto fervidus; sed in utroque per instabilitatem mentis tuae ut tepidus ventus pendens, videlicet in neutro sciens quis sis, quia nec in malo emeritas poenas, nec in bono digna praemia consideras. Quomodo? Quia in tam magnam profunditatem respicis quod fundum ejus invenire non vales; et quia etiam tam altum montem ascendis quod cacumen ejus ascendere non potes. O melius tibi esset ut inutilem servum et peccatorem te scires, quam sic in tempore esses ut vix ad justitiam respicias. Nam si a bonis actibus separatus esses, peccatorem te intelligeres; vel si a malis operibus te abstraheres, aliquam spem vitae haberes. Nunc autem ut tepidus ventus es; qui nec humiditatem fructibus affert, nec eis calorem inducit. Tu enim es velut incipiens et non quasi perficiens; quia bonum tangis in inceptione, sed illo te nunquam pascis in perfectione, ut ventus qui os hominis percutit, et non sicut esca quae in ventrem ejus labitur. Utrum etiam charior est inanis sonitus, an perfectum opus? Sed acceptius est perfectum opus quam inanis sonitus. Et ideo cum silentio humilitatis operare et non cum superbia extollere, quoniam illi pro nihilo computabuntur; qui societatem sanctificationis illorum qui me in lenitatis obsequio amant, abjiciunt; hoc enim per stolidam superbiam insectantur, quod per suavem mansuetudinem adimplere dedignantur. Quod si per inchoationem rectitudinis vim verborum meorum quae cibum fidelibus praebent intrare tentaveris, et si tunc in ea torpens ac nullam dulcedinem justitiae te tangentibus ostendens ad deteriora cadis, tunc et ego propter teporem negligentiae tuae incipiam te ejicere, ex eadem vi verborum meorum te expellens, quoniam nullum saporem suavitatis per efficaciam operationis tuae exhibens, ad interiora beatae receptionis non anhelas. Unde et ita abjectus conculcaberis, sicut et cibus ille qui propter insipiditatem gustus ex ore hominis projicitur, antequam in ventre ejus recipiatur. Sed quid nunc? Venti enim volant, et ventorum strepitus resonant; sed radices non florent nec germen proferunt. Nam qui sub jugo meo esse deberent, lascivi sunt, nec secundum disciplinam incedunt. Quid est hoc? Ipsi rectam viam transiliunt, et multa inutilia tabernacula sibi faciunt.

Oh necio, que te marchitas torpemente en ti mismo, yo, que soy conocedor de los secretos, veo con un ojo que todo lo sabe las obras de tus deseos, porque no has escapado del todo de las obras que pertenecen al fuego del iluminador ígneo, ni tampoco has desechado del todo las obras que inducen el hielo del frío rigor. ¿Cómo? No eres del todo frío en las malas obras, ni del todo ferviente en los buenos actos; sino que en ambos, por la inestabilidad de tu mente, pendes como un viento tibio, a saber, no sabiendo en ninguno quién eres, porque no consideras ni las penas merecidas en el mal ni los premios dignos en el bien. ¿Cómo? Porque miras a tan gran profundidad que no eres capaz de encontrar su fondo; y porque también asciendes a un monte tan alto que no puedes alcanzar su cima. Oh, mejor te sería saberte siervo inútil y pecador, que estar así en el tiempo que apenas miras hacia la justicia. Pues si estuvieras separado de los buenos actos, te entenderías pecador; o si te abstrajeras de las malas obras, tendrías alguna esperanza de vida. Pero ahora eres como un viento tibio; que ni aporta humedad a los frutos, ni les induce calor. Pues eres como quien empieza y no como quien perfecciona; porque tocas el bien en el inicio, pero nunca te alimentas de él en la perfección, como el viento que golpea la boca del hombre, y no como el alimento que resbala en su vientre. ¿Qué es también más querido, un sonido vano o una obra perfecta? Pues es más aceptable la obra perfecta que el sonido vano. Y por tanto, obra con el silencio de la humildad y no te ensalces con soberbia, porque aquellos serán contados por nada que desechan la sociedad de la santificación de aquellos que me aman en el obsequio de la mansedumbre; pues persiguen esto por estúpida soberbia, lo cual desdeñan cumplir por suave mansue-dumbre. Que si por el inicio de la rectitud intentaras entrar en la fuerza de mis palabras que proporcionan alimento a los fieles, y si entonces, languideciendo en ella y no mostrando ninguna dulzura de justicia a los que te tocan, caes en cosas peores, entonces también yo, por la tibieza de tu negligencia, empezaré a expulsarte, echándote de la misma fuerza de mis palabras, puesto que no mostrando ningún sabor de suavidad por la eficacia de tu operación, no anhelas las cosas interiores de la bienaventurada recepción. Por lo cual, así rechazado, serás pisoteado, como aquel alimento que por la insipidez del gusto es proyectado de la boca del hombre, antes de ser recibido en su vientre. ¿Pero qué ahora? Pues los vientos vuelan y los estrépitos de los vientos resuenan; pero las raíces no florecen ni producen germen. Pues los que deberían estar bajo mi yugo son lascivos, ni caminan según la disciplina. ¿Qué es esto? Ellos saltan por encima del camino recto y se hacen muchos tabernáculos inútiles.

Hujusmodi enim homines nullum fervorem justitiae habentes, sed in semetipsis torpentes; nec in constituta sibi lege ardent, nec secundum conversationem praecedentium patrum suorum faciunt; sed quisque eorum quamdam singularitatem in semetipso sibi plantat, et secundam voluntatem suam legem sibi ponit, sic in propriis cogitationibus suis et in magna instabilitate per inflatam superbiam se ad volandum elevans. Et quoniam isti recto foedere patrum suorum non adhaerent, idcirco semper novi et rudes in magna instabilitate hac et illac secundum voluntatem suam vagantur.

Quapropter et ego comparo illos stultis artificibus: qui magnum aedificium in altum erigentes, non imitantur prudentiam illorum artificum, qui in multis instrumentis optime edocti et diversis probationibus aedificationum examinati omnia ad aedificationem pertinentia bene noverunt, et omnia instrumenta sua recte disponunt; sed ipsi vacui et insipientes, in semetipsis confidunt, quia prae aliis sapientes esse volunt, et aedificia sua ita disponunt: quod ad tempestates mobilia sunt, unde etiam a ventis dejiciuntur; quoniam non supra petram, sed supra arenam posita sunt. Ita et illi faciunt qui in superbia sua in semetipsis confidentes prae antiquis patribus suis prudentes videri cupiunt, nec secundum foedus eorum ambulare volunt, sed sibimetipsis leges secundum voluntatem suam in magna instabilitate statuunt, et ideo perfrequenter per diabolicas tentationes ad peccata quatiuntur; quia non super Christum, sed super instabilitatem morum suorum innituntur.

Unde ne inspiratio Spiritus sancti quae in antiquis patribus operabatur per superbam inflationem evacuetur, volo ut fideli homini cum humilitate sufficiat quod ei a praedecessoribus suis institutum est, ne si plus inaniter voluerit quam humiliter quaerere debuerat, ne postea tepefactus inde recedens, ex hoc ruborem confusionis accipiat, ut in Evangelio scriptum est: Cum invitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit invitatus ab illo, et veniens is qui te et illum vocavit, dicat tibi: Da huic locum, et tunc incipias cum rubore novissimum locum tenere (Luc. XIV). Quid hoc? Quando per supernam inspirationem admonitus fueris ut per fideles labores tuos ad tabernaculum illud venias quod semper in nuptiali vita abundat, ita quod assidue in sinceritate et honore ac sanctificatione in virginea virga et in beata matre, scilicet Ecclesia laetatur et non in corruptione et confusione ac dejectione germinis et floris sui tristatur; tunc comprime mentem tuam in humilitate, non elevans eam in elatione. Quomodo?

Pues los hombres de este tipo, no teniendo ningún fervor de justicia, sino languideciendo en sí mismos, ni arden en la ley que les ha sido constituida, ni hacen según la conversación de sus padres precedentes; sino que cada uno de ellos planta en sí mismo una cierta singularidad, y se pone una ley según su propia voluntad, elevándose así para volar en sus propios pensamientos y en gran inestabilidad por la inflada soberbia. Y puesto que estos no se adhieren al pacto recto de sus padres, por eso siempre vagan como nuevos y rudos en esta gran inestabilidad de aquí para allá según su propia voluntad.

Por lo cual también yo los comparo con artesanos necios: que, erigiendo un gran edificio en lo alto, no imitan la prudencia de aquellos artesanos que, óptimamente instruidos en muchos instrumentos y examinados por diversas pruebas de edificaciones, han conocido bien todas las cosas pertenecientes a la edificación, y disponen rectamente todos sus instrumentos; sino que ellos, vacíos e insípidos, confían en sí mismos, porque quieren ser sabios por encima de los demás, y disponen sus edificios de tal modo: que son móviles ante las tempestades, por lo cual también son derribados por los vientos; puesto que no están puestos sobre la roca, sino sobre la arena. Así también hacen aquellos que, confiando en sí mismos en su soberbia, desean parecer prudentes por encima de sus antiguos padres, ni quieren caminar según su pacto, sino que se estatuyen leyes para sí mismos según su propia voluntad en gran inestabilidad, y por eso muy frecuentemente son sacudidos hacia los pecados por las tentaciones diabólicas; porque no se apoyan sobre Cristo, sino sobre la inestabilidad de sus propias costumbres.

Por lo cual, para que la inspiración del Espíritu Santo que operaba en los antiguos padres no sea evacuada por la inflada soberbia, quiero que al hombre fiel le baste con humildad lo que le ha sido instituido por sus predecesores, no sea que si hubiera deseado vanamente más de lo que debió buscar con humildad, no sea que después volviéndose tibio y retirándose de allí, reciba por esto el rubor de la confusión, como está escrito en el Evangelio: "Cuando seas invitado a unas bodas, no te reclines en el primer lugar, no sea que tal vez haya otro más honrado que tú invitado por él, y viniendo el que te llamó a ti y a él, te diga: Da a este lugar, y entonces comiences con rubor a ocupar el último lugar" (Luc. 14). ¿Qué es esto? Cuando por inspiración superior hubieras sido amonestado para que por tus fieles trabajos vengas a aquel tabernáculo que siempre abunda en la vida nupcial, de modo que se regocija asiduamente en la sinceridad y en el honor y en la santificación en la vara virginal y en la bienaventurada madre, a saber, la Iglesia, y no se entristece en la corrupción y en la confusión y en el rechazo de su germen y de su flor; entonces comprime tu mente en la humildad, no elevándola en la elación. ¿Cómo?

Cum saeculares causas in amore Dei a corpore tuo abjiceris, tunc quasi pulcherrimus flos ascendes qui in coelesti Hierusalem sine ariditate cum Filio Dei floret, in quo omnia ornamenta animarum apparent; quia vetus homo omnes abominationes hominum profert, novus autem omnem sanctificationem virtutum aedificat. Et ideo cum ad hanc sanctificationem veneris, erubesce antiquum serpentem qui semetipsum a beatitudinis loco dejecit, per appetitum inanis gloriae imitari. Quid hoc? Si videris aliquem te ornatiorem, cave ne per cupiditatem mentis tuae super cum ascendas, dicens: Volo super illum, aut sicut ille est esse. Quod si hoc modo te exaltaveris, nunquid tunc fidelis servus es, cum Dominum ad iracundiam provocas, ita quod te illi opponis? Sed si intellexeris aliquem valentius naturae, gratiae aut fortunae donum habere quam tu habeas, si tunc illi per invidiam detraxeris, planam viam non ambulas, sed per devia incedis. Quapropter stude in humilitate Deo servire, et non in superbia bacchari, nec te per vanitatem simulationis super illum extolle; qui justa examinatione majori desiderio aeternae vitae lucet quam tu ardeas, ad ejusdem beatitudinis culmen per supernum ardorem ita invitatus ab illo qui omnibus veritatem diligentibus pium se manifestat, ne in omnia sciente oculo veniens ille qui te humilitatis obsequio, et illum in charitatis dono per inspirationem beatae admonitionis vocavit, recto judicio suo dijudicet te, dicens: Tu qui te per flagrantem superbiam in locum illum erexisti cujus socius non es, relinque vanam gloriav tuam, et da subjectionis officio huic dilecto meo culmen honoris, quod temere rapuisti. Et quid tunc de te? Quoniam si hoc modo dejectus fueris, incipies per angustiam moeroris et tristitiae extremitatem abjectionis sentire, et ita te projectum abhorrere, quia custos animarum auferet tibi alienum honorem quem fraudulenter invasisti: cum te illi opponens, hoc temere rapere tentabas quod habere non debuisti, unde et tibi auferetur quod habere volebas, et tibi dabitur quod habere noluisti. Ita etiam cum minor ordo supra majorem se exaltat, per justum judicium meum dejectus supprimitur, quoniam nolo ut aliter ante oculos meos superbia sit quam in dejectione confusionis. Nam si ancilla supra dominam suam se exaltaverit, tanto despectior omnibus eam inspicientibus erit, quia hoc fieri tentaverit; quod desiderare non debuit.

Quapropter qui si-bi secundum cor suum leges faciunt, et in hoc voluntatem meam non quaerunt, magis ex hoc in dejectionem quam ad profectum veniunt, ut iterum Filius meus in Evangelio testatur, dicens: Omnis plantatio quam non plantavit Pater meus coelestis eradicabitur (Matth. XV). Quid hoc? Omne germen scientiae cordis et mentis ac morum surgens in fertilitate illa naturae qua homo vivit, cum homo illud ita in semetipso seminat, quod postea in calore fervens ita ei copuletur secundum quod hoc perficere vult;

Cuando por amor de Dios hubieras arrojado de tu cuerpo las causas seculares, entonces ascenderás como una bellísima flor que florece sin aridez en la Jerusalén celestial con el Hijo de Dios, en la cual aparecen todos los ornamentos de las almas; porque el hombre viejo produce todas las abominaciones de los hombres, pero el nuevo edifica toda la santificación de las virtudes. Y por eso, cuando hubieras llegado a esta santificación, avergüénzate de imitar a la antigua serpiente que se arrojó a sí misma desde el lugar de la bienaventuranza por el apetito de la gloria vana. ¿Qué es esto? Si vieras a alguien más adornado que tú, evita por la codicia de tu mente ascender sobre él, diciendo: Quiero estar sobre él, o ser como él es. Que si de este modo te hubieras exaltado, ¿acaso eres entonces un siervo fiel, cuando provocas al Señor a la ira, de modo que te opones a Él? Pero si hubieras comprendido que alguien tiene un don de la naturaleza, de la gracia o de la fortuna más poderoso que el que tú tienes, si entonces por envidia lo hubieras menospreciado, no caminas por la vía plana, sino que avanzas por desviaciones. Por lo cual estudia servir a Dios en la humildad, y no entregarte a la soberbia, ni te ensalces por la vanidad de la simulación sobre aquel que; quien, por justo examen, brilla con mayor deseo de la vida eterna que lo que tú ardes, invitado así a la cumbre de la misma bienaventuranza por ardor superior por aquel que se manifiesta piadoso a todos los que aman la verdad, para que no viniendo en el ojo que todo lo sabe aquel que te llamó a ti en el obsequio de la humildad y a él en el don de la caridad por la inspiración de la bienaventurada amonestación, te juzgue con su recto juicio, diciendo: Tú que por la fragante soberbia te elevaste a aquel lugar del cual no eres compañero, deja tu vana gloria, y da por el oficio de la sujeción a este amado mío la cumbre del honor, que arrebataste temerariamente. ¿Y qué entonces de ti? Porque si de este modo hubieras sido deyectado, comenzarás a sentir por la angustia del pesar y de la tristeza la extremidad de la abyección, y así a aborrecerte a ti mismo proyectado, porque el custodio de las almas te quitará el honor ajeno que fraudulentamente invadiste: cuando oponiéndote a él, intentabas arrebatar esto temerariamente que no debiste tener, por lo cual también se te quitará lo que querías tener, y se te dará lo que no quisiste tener. Así también cuando un orden menor se exalta sobre uno mayor, por mi justo juicio es deprimido siendo deyectado, puesto que no quiero que ante mis ojos la soberbia sea de otro modo que en la deyección de la confusión. Pues si una sierva se hubiera exaltado sobre su señora, tanto más despreciable será para todos los que la miren, porque habrá intentado hacer esto que no debió desear.

Por lo cual, quienes se hacen leyes para sí mismos según su propio corazón, y en esto no buscan mi voluntad, más bien vienen por esto a la deyección que al provecho, como de nuevo mi Hijo atestigua en el Evangelio, diciendo: "Toda plantación que no plantó mi Padre celestial, será erradicada" (Mat. 15). ¿Qué es esto? Todo germen de ciencia del corazón y de la mente y de las costumbres que surge en aquella fertilidad de la naturaleza por la cual el hombre vive, cuando el hombre lo siembra así en sí mismo, de modo que después, hirviendo en calor, se le acople así según lo que él quiere perfeccionar;

illud videlicet transpositum aut in exaltatione mentis, aut in petulantia carnis, aut in superflua pollutione, aut in occasione excusationis, aut in vicissitudine operationis, sursum aut deorsum imprudenter vadens, nec quale fundamentum sit discernens, et an utile aut inutile sit, scire contemnens: vere hoc justo judicio destruetur, quoniam plantationem illam in tali non plantavit Pater ille; qui coelorum et omnis justitiae habitator est, et ideo ejecta arescet, quia de rore coeli non ascendit, sed de succo carnis venit. Quomodo? Quia homo per stultam scientiam suam hoc opus faciens, nec justitiam nec voluntatem Creatoris sui inspicere voluit; sed ad illum qui semper rotam carnis ipsius infatigabiliter exagitat, respexit. Nam quod hominibus cum oculum suum acute in Deum figere nolunt, per deceptionem mentis suae aliquando bonum videtur; si hoc inspiratio Spiritus sancti non calefacit, in interitum ibit, quia haec vana gloria pertransit. Cum enim vani homines in uno per taedium afficiuntur; in altero per vanam gloriam innovantur, frequenter in superbia et in stimulatione ac in spiritu zelotypiae se extollentes, et etiam frequenter in molestia et in indignatione ac in contradictione aliarum institutionum quae de me fluxerunt altercantes, necnon in caeteris bonis quae non sunt ad torporem taedii, sed in ardore desiderii de die in diem proficiendi, se invicem comprimentes. Nam quod de me fluxerit dulcem et suavem gustum animae praebet semper in perseverantes proficiens, et non in instabilitate retro aspiciens. Unde ille beatus est, qui in me fidens, spem suam et initium ac finem operum suorum non in se sed in me reponit. Qui facit haec, non cadet; qui vero sine me stare voluerit, in ruina ibit. Et qui sunt illi qui semetipsos per vanam gloriam novos faciunt, et propter taedium quod in praeceptis meis patiuntur, in semetipsis confidunt. Non enim ut vetus vestimentum in cogitationibus hominum molestum est, sic ego in donis meis spernendus sum, quoniam illa in simplicitate semper nova sunt, et quanto vetustiora tanto chariora sunt. Quapropter quae homines in semetipsis absque inspiratione mea excogitant in vanitate morum: per inania studia eorum diffluet, et quamvis aliquando in conspectu hominum stare videantur, tamen ab oculis meis projecti, pro nihilo eos habeo, ut in Evangelio scriptum est: Sinite illos, caeci sunt, duces caecorum. Caecus autem si caeco ducatum praestet, ambo in foveam cadunt (ibid.). Quid est hoc? Dimittite illos qui in factis suis perversi sunt in perversitate sua diffluere; quia in rectitudine bonorum operum se corrigere nolunt.

a saber, aquello transpuesto o en la exaltación de la mente, o en la petulancia de la carne, o en la polución superflua, o en ocasión de excusa, o en la vicisitud de la operación, avanzando imprudentemente hacia arriba o hacia abajo, ni discerniendo qué clase de fundamento sea, y despreciando saber si sea útil o inútil: verdaderamente esto será destruido por justo juicio, puesto que aquel Padre que es el habitador de los cielos y de toda justicia no plantó aquella plantación en tal persona, y por tanto, expulsada, se marchitará, porque no ascendió del rocío del cielo, sino que vino del jugo de la carne. ¿Cómo? Porque el hombre, realizando esta obra por su estúpida ciencia, no quiso inspeccionar ni la justicia ni la voluntad de su Creador; sino que miró hacia aquel que siempre agita infatigablemente la rueda de su propia carne. Pues lo que a los hombres, cuando no quieren fijar su ojo agudamente en Dios, les parece a veces bueno por el engaño de su mente; si la inspiración del Espíritu Santo no calienta esto, irá a la perdición, porque esta vana gloria pasa. Pues cuando los hombres vanos son afectados por el tedio en una cosa, se renuevan por la vana gloria en otra, ensalzándose frecuentemente en la soberbia y en la estimulación y en el espíritu de celotipia, y también frecuentemente altercando en la molestia y en la indignación y en la contradicción de otras instituciones que han fluido de mí, así como comprimiéndose mutuamente en los demás bienes que no son para el entumecimiento del tedio, sino en el ardor del deseo de progresar de día en día. Pues lo que haya fluido de mí proporciona un gusto dulce y suave al alma, progresando siempre en los que perseveran, y no mirando hacia atrás en la inestabilidad. Por lo cual es bienaventurado aquel que, confiando en mí, repone su esperanza y el principio y fin de sus obras no en sí mismo sino en mí. Quien hace esto, no caerá; pero quien quiera estar en pie sin mí, irá a la ruina. ¿Y quiénes son aquellos que se hacen nuevos a sí mismos por la vana gloria, y por el tedio que padecen en mis preceptos, confían en sí mismos? Pues no porque un vestido viejo sea molesto en los pensamientos de los hombres, deba ser yo despreciado en mis dones, puesto que estos son siempre nuevos en la simplicidad, y cuanto más antiguos tanto más queridos son. Por lo cual, lo que los hombres excogitan en sí mismos sin mi inspiración en la vanidad de las costumbres: se disipará por sus inanes estudios, y aunque a veces parezcan estar en pie a los ojos de los hombres, sin embargo, proyectados de mis ojos, los tengo por nada, como está escrito en el Evangelio: "Dejadlos, son ciegos, guías de ciegos. Y si un ciego presta guía a otro ciego, ambos caen en la fosa" (ibíd.). ¿Qué es esto? Dejad que aquellos que son perversos en sus hechos se disipen en su perversidad; porque no quieren corregirse en la rectitud de las buenas obras.

Et quoniam in aestimatione sua se justos nominant cum in actibus suis vani sint, ex ipsa facilitate sua caeci efficiuntur, quia per viam justitiae ambulare contemnunt, et quoniam magis viam iniquitatis quam veritatis illis hominibus proponunt qui eos in malis operibus sequi festinant. Unde qui hoc modo visum rectitudinis non habent aestimantes se justos esse et injusti sunt, cum viam verae doctrinae ignorantibus viam falsae justitiae demonstrant, pariter in foveam desperationis cadunt, quoniam nec isti nec illi quo eant sciunt. Sed in his quaedam in indignatione mea coram hominibus aliquando dejicio, quaedam autem per moderationem perspicuae visionis tacite coram hominibus interdum tolero; sed tamen ea per ponderationem justi judicii mei in futuro ulciscor. Et ob hoc qui fidelis est, studeat ascendere ad altitudinem virtutum, et non ad ima saecularium descendere. Quomodo?

Qui in minori gradu est ad majorem ascendere potest, non autem qui in majore est ad minorem se declinare debet. Quid hoc? Nam praetores possunt ad duces pervenire, duces vero ad reges ascendere; non autem decet reges ad duces descendere, nec duces ad praetores se declinare. Si enim reges ducibus se subjugarent, vel si duces praetoribus se subderent, indignanter omnis populus vociferaretur, et eos derisui haberet,

Ita qui sunt in saecularibus possunt viam praedictorum pigmentariorum subire; et qui sunt in via eorumdem pigmentariorum possunt praefatos qui sunt vivens odor vovens iter secretae regenerationis [adire]; non autem decet [eosdem qui sunt vivens odor] ad pigmentarios transire, nec ipsos pigmentarios ad saeculares corruere. Quod si isti qui sunt vivens odor vovens iter secretae regenerationis ad pigmentarios respiciunt, vel si pigmentarii ad saeculares transeunt: heu! heu! heu! ab animabus justorum super eos dicetur, et coram me in abjectione habebuntur, nisi digna poenitentia revertantur, quia si altior gradus super inferiorem ceciderit, ambo destruentur.

Sic et illis erit qui rectum iter suum deserunt, et retrorsum incedunt. Nam qui Filium meum induerit, quem talem filium induere posset? Nullum, et vere nullum. Gaudete autem in Patre vestro; quoniam saepius in minoribus majores video, et in majoribus minores invenio, quia superbia cadit et humilitas ascendit.

Y puesto que en su estimación se nombran a sí mismos justos siendo vanos en sus actos, por su misma facilidad se vuelven ciegos, porque desprecian caminar por la vía de la justicia, y porque proponen la vía de la iniquidad más que la de la verdad a aquellos hombres que se apresuran a seguirlos en las malas obras. Por lo cual, quienes de este modo no tienen la visión de la rectitud estimándose justos siendo injustos, cuando demuestran el camino de la falsa justicia a los que ignoran el camino de la verdadera doctrina, caen igualmente en la fosa de la desesperación, puesto que ni estos ni aquellos saben a dónde van. Pero en estos yo deyecto a veces a algunos en mi indignación ante los hombres, pero a otros a veces los tolero silenciosamente ante los hombres por la moderación de la visión clara; pero sin embargo vengo a vengar aquellas cosas por la ponderación de mi justo juicio en el futuro. Y por esto el que es fiel, estudie ascender a la altura de las virtudes, y no descender a lo ínfimo de lo secular. ¿Cómo?

Quien está en un grado menor puede ascender a uno mayor, pero quien está en uno mayor no debe declinar hacia uno menor. ¿Qué es esto? Pues los jefes pueden llegar a ser duques, y los duques ascender a reyes; pero no conviene que los reyes desciendan a duques, ni que los duques declinen hacia los jefes. Pues si los reyes se subyugaran a los duques, o si los duques se sometieran a los jefes, todo el pueblo vociferaría indignado, y los tendría en escarnio.

Así, quienes están en las cosas seculares pueden seguir la vía de los predichos fabricantes de ungüentos; y quienes están en la vía de los mismos fabricantes de ungüentos pueden [alcanzar] a los predichos que son el olor viviente que hace voto del camino de la regeneración secreta; pero no conviene que [los mismos que son el olor viviente] pasen a los fabricantes de ungüentos, ni que los mismos fabricantes de ungüentos caigan a lo secular. Que si estos que son el olor viviente que hace voto del camino de la regeneración secreta miran hacia los fabricantes de ungüentos, o si los fabricantes de ungüentos pasan a lo secular: ¡ay! ¡ay! ¡ay! se dirá sobre ellos por las almas de los justos, y ante mí serán tenidos en abyección, a menos que regresen por una digna penitencia, porque si un grado más alto cae sobre uno inferior, ambos son destruidos.

Así será también para aquellos que desertan su recto camino y caminan hacia atrás. Pues quien se haya revestido de mi Hijo, ¿a qué tal hijo podría revestir? A ninguno, y verdaderamente a ninguno. Pero alegraos en vuestro Padre; puesto que más a menudo veo a los mayores en los menores, y en los mayores encuentro a los menores, porque la soberbia cae y la humildad asciende.

Unde pacem et charitatem ac humilitatem habete inter vos, sicut et animae justorum cum angelis et angeli cum archangelis habent. Animae enim justorum officio angelorum non invident, nec angeli gloriam archangelorum dedignantur. Quid hoc? Archangeli in majori necessitate majora demonstrant; angeli vero in frequenti vicissitudine minora denuntiant; fidelis autem populus humiliter obtemperat.

Unde unusquisque officium suum fideliter exerceat. Quomodo? Qui sunt vivens odor vovens iter secretae regenerationis, cum major occasio ecclesiasticae necessitatis ingruerit, inevitabiles causas subventionis suae velut archangeli recolant; et qui sibi in opere pigmentariorum, assidua determinatione in frequentibus causis circa negotia institutionis suae quasi angeli exerceant, et homines qui ad summam beatitudinem desiderant pervenire, verba eorum fideliter suscipiant.

Quomodo? Nam qui vivens odor vovens iter secretae regenerationis existunt, velut granum sunt, qui siccus et fortis cibus hominum est; sic et ille populus meus asper et durus ad gustum fuci saecularium rerum est. Sed praedicti pigmentarii quasi poma quae dulcem saporem se gustantibus praebent; qui ut et illi, per utilitatem officii sui se suaves hominibus exhibent. Communis autem saecularis velut caro aestimatur; in qua et casta volatilia inveniuntur, quoniam qui in saeculo degunt, carnaliter viventes filios procreant, inter quos tamen castitatis imitatores reperiuntur, scilicet viduae et continentes, qui ad superna desideria per appetitum bonarum virtutum volant.

Sed et iidem ordines ecclesiasticae institutionis, in duabus viis versantur. Quomodo? Spiritualium et saecularium. Quomodo? Ut dies et nox. Quid est hoc? Dies claritatem solis, et serenitatem lucentis aeris habet, quod praesignat; quia spirituales homines et ordinem viventis odoris voventis iter secretae regenerationis, et ordinem praedictorum pigmentariorum in se servant. Nox vero lucem lunae cum stellis et obscuritatem umbrosae tenebrositatis tenet, quod demonstrat: quod saeculares homines et justos in operibus suis lucentes, et peccatores obscuritate delictorum gravatos in se tenent. Sed qui noctem saecularium deseruerit et ad diem spiritualium propter amorem vitae se convertit: stabilis in hoc facto sit, ne si retrorsum incesserit, veteri Adae assimiletur qui praeceptum vitae transgrediens in saeculares aerumnas expulsus est.

Por lo cual tened paz y caridad y humildad entre vosotros, tal como las almas de los justos la tienen con los ángeles y los ángeles con los arcángeles. Pues las almas de los justos no envidian el oficio de los ángeles, ni los ángeles desdeñan la gloria de los arcángeles. ¿Qué es esto? Los arcángeles demuestran cosas mayores en mayor necesidad; pero los ángeles anuncian cosas menores en frecuente vicisitud; pero el pueblo fiel obecece humildemente.

Por lo cual cada uno ejerza fielmente su oficio. ¿Cómo? Quienes son el olor viviente que hace voto del camino de la regeneración secreta, cuando sobrevenga una mayor ocasión de necesidad eclesiástica, recuerden las causas inevitables de su subvención al igual que los arcángeles; y quienes [están] para sí en la obra de los fabricantes de ungüentos, ejérzanse como los ángeles por asidua determinación en frecuentes causas en torno a los negocios de su institución, y los hombres que desean llegar a la suma bienaventuranza, reciban fielmente sus palabras.

¿Cómo? Pues quienes existen como el olor viviente que hace voto del camino de la regeneración secreta, son como el grano, que es el alimento seco y fuerte de los hombres; así también ese pueblo mío es áspero y duro al gusto del barniz de las cosas seculares. Pero los predichos fabricantes de ungüentos son como manzanas que proporcionan un dulce sabor a quienes las prueban; quienes, como ellos, por la utilidad de su oficio se exhiben suaves a los hombres. Pero lo común secular se estima como la carne; en la cual también se encuentran aves castas, puesto que quienes viven en el siglo, viviendo carnalmente procrean hijos, entre los cuales sin embargo se encuentran imitadores de la castidad, a saber, viudas y continentes, que vuelan hacia los deseos supernos por el apetito de las buenas virtudes.

Pero también los mismos órdenes de la institución eclesiástica se ocupan en dos vías. ¿Cómo? De los espirituales y de los seculares. ¿Cómo? Como el día y la noche. ¿Qué es esto? El día tiene la claridad del sol y la serenidad del aire luciente, lo cual presagia; porque los hombres espirituales conservan en sí tanto el orden del olor viviente que hace voto del camino de la regeneración secreta, como el orden de los predichos fabricantes de ungüentos. Pero la noche contiene la luz de la luna con las estrellas y la oscuridad de la tenebrosidad umbrosa, lo cual demuestra: que los hombres seculares contienen en sí tanto a los justos que lucen en sus obras, como a los pecadores gravados por la oscuridad de los delitos. Pero quien haya desertado la noche de los seculares y se haya convertido al día de los espirituales por el amor de la vida: sea estable en este hecho, no sea que si caminara hacia atrás, se asimile al viejo Adán que, transgrediendo el precepto de la vida, fue expulsado a las miserias seculares.

Unde nemo praeceps sit mundum relinquere et foedus meum sua voluntate audacter intrare, nisi prius in magna probatione examinatus sit; quia qui Filium meum per tunicam ceperit, nolo ut eum relinquat. Nam qui ejus incarnatione se induerit, et crucem ejus in manus suas susceperit, nunquid conveniens est ut abjiciat Dominum suum? Nullomodo. Ergo his attende. Homo qui in voluntate cordis sui confessus fuerit et in devotione animae suae voverit jugum meum in abjectione saecularium rerum portare; si tunc etiam in ipso ardore cordis sui per voluntatem desiderantis animae suae signum religionis in condimento justae intentionis susceperit, in illo permaneat, ne si illud postea in contemptu perseverantis mali abjecerit; judicium districti examinis accipiat.

Quid hoc? Quia illum sprevit cujus signum in semetipso suscipiens conculcavit; sicut et Judaei eum contempserunt, cum illum in insania incredulitatis in cruce affixerunt. Nam ut Judaei nefas illud non timuerunt, ita et iste non veretur quod eamdem passionem in voto suo abjicit: Quod enim homo mihi promittit; hoc etiam reddere debet secundum quod David testatur, dicens: Introibo in domum tuam in holocaustis, reddam tibi vota mea quae distinxerunt labia mea (Psal. V).

Quid hoc? Per intentionem bonae et justae operationis introibo, o Deus meus, in constitutionem sanctissimi doni tui, scilicet in ardente desiderio stratum voluptatis meae relinquens, ita quod nihil mihi dulcius est quam anhelare ad te Creatorem omnium. Et ob hoc reddam tibi vota mea quae protulit os meum cum anima mea; quia perficere volo quod tibi justo judici in ardenti desiderio meo prius promiseram: videlicet ut actus meos ad te dirigerem, quod insipienter trangressus sum; sed nunc ad te recurrere desiderans, volo mala devitare, et bona facere, quoniam rationalitas et intellectus qui in me fervent, per discretionem verae castigationis magis quaerunt ad te vivum Deum anhelare, quam per stultitiam falsae contrarietatis diabolum imitari.

Unde, o homo, cum cor tuum hoc modo mihi obtuleris, considera quomodo illud prudenter perficias. Oculus enim meus acutissime videt quid voluntas hominis mihi loquatur. Ubi quod meum est, hoc districtissime requiro. Quapropter, o stulti et plusquam stulti, utquid vobis tam magna onera imponitis quod putatis vobis tam facile esse quod carnalem voluntatem vestram deseratis? Nam per legem quae vobis ex praeceptis meis data est, ad hoc non cogemini ut saeculum relinquatis, nisi prius per multos labores ita exerceamini, ut carnalibus desideriis quae in vobis sunt frenum imponere possitis.

Por lo cual, nadie sea precipitado en dejar el mundo y entrar audazmente en mi pacto por su propia voluntad, a menos que primero haya sido examinado en una gran probación; porque a quien haya tomado a mi Hijo por la túnica, no quiero que lo abandone. Pues quien se haya revestido de su encarnación, y haya tomado su cruz en sus manos, ¿acaso es conveniente que deseche a su Señor? De ninguna manera. Por tanto atiende a esto. El hombre que se haya confesado en la voluntad de su corazón y haya hecho voto en la devoción de su alma de llevar mi yugo en la abyección de las cosas seculares; si entonces también en aquel mismo ardor de su corazón, por la voluntad de su alma deseante, hubiera recibido el signo de la religión en el condimento de la justa intención, permanezca en él, no sea que si después lo desechara en el desprecio del mal perseverante, reciba el juicio de un examen riguroso.

¿Qué es esto? Porque despreció a aquel cuyo signo, recibiéndolo en sí mismo, conculcó; tal como también los judíos lo despreciaron, cuando lo fijaron en la cruz en la locura de la incredulidad. Pues como los judíos no temieron aquella maldad, así también este no teme que desecha la misma pasión en su voto: Pues lo que el hombre me promete, esto también debe cumplirlo según lo que David atestigua, diciendo: "Entraré en tu casa en holocaustos, te cumpliré mis votos que distinguieron mis labios" (Sal. 65).

¿Qué es esto? Por la intención de la buena y justa operación entraré, oh Dios mío, en la constitución de tu santísimo don, a saber, abandonando en ardiente deseo el estrado de mi voluptuosidad, de modo que nada me sea más dulce que anhelarte a ti, Creador de todo. Y por esto te cumpliré mis votos que profirió mi boca con mi alma; porque quiero perfeccionar lo que antes te había prometido a ti, justo juez, en mi ardiente deseo: a saber, que dirigiría mis actos hacia ti, lo cual transgredí neciamente; pero ahora, deseando recurrir a ti, quiero evitar los males y hacer el bien, puesto que la racionalidad y el intelecto que hierven en mí, por la discreción de la verdadera corrección buscan más anhelarte a ti, Dios vivo, que imitar al diablo por la estupidez de la falsa contrariedad.

Por lo cual, oh hombre, cuando me hayas ofrecido tu corazón de este modo, considera cómo lo perfecciones prudentemente. Pues mi ojo ve agudísimamente lo que la voluntad del hombre me habla. Allí donde está lo que es mío, esto lo requiero con el mayor rigor. Por lo cual, oh estúpidos y más que estúpidos, ¿por qué os imponéis tan grandes cargas que pensáis que os es tan fácil abandonar vuestra voluntad carnal? Pues por la ley que os ha sido dada por mis preceptos, no sois compelidos a esto, a dejar el siglo, a menos que primero seáis ejercitados por muchos trabajos de tal modo que podáis imponer un freno a los deseos carnales que hay en vosotros.

Sed tepido vento assimilamini, quoniam cum vana gloria mentem vestram afflaverit, tunc ex aliqua asperitate loquimini sic dicentes: Amplius cum saeculo laborare nolo, sed illud festinanter fugere delibero. Et cur ita me frangam in casso labore? Sed cum haec intra vos dicitis, putatis ea ita terminari ut excogitatis. Nam multi vacillanti animo me quaerunt, ita quod tantum signo religionis exterius notantur, puris oculis me non quaerentes, nec semetipsos in vera doctrina simpliciter circumspicientes quomodo diabolum qui eos devorare cupit effugiant, quemadmodum columba in puritate aquae considerans accipitrem qui eam rapere tentat, effugit; non autem sic illi diabolum effugiunt cum eum in scriptura doctrinarum venientem vident, sed in repentino sopore qui ei per caecitatem mentis suae inest, ut tepidus ventus ad me currunt.

Quidan enim non voluntatem suam, sed tantum saecularem habitum abjicientes, spiritualem religionem aggrediuntur; quia multas miserias et paupertates in saeculo sustinentes divitias habere non possunt, et ideo mundum relinquunt, quoniam eum ita ut vellent habere non possunt. Alii autem ad saeculum stulti et fatui sunt, ita quod hominibus contemptibiles et seipsos regere non volentes, et propterea saeculum fugiunt, quia illi ludibrio sunt. Sed et quidam debilitatem ac infirmitatem corporis sui habentes et in his calamitatibus multum laborantes, non propter me, sed ut his doloribus tanto suavius subveniant, saeculum derelinquunt. Alii vero tantas augustias et oppressiones a carnalibus dominis suis quibus subjecti sunt patiuntur, ut propter timorem eorum a saeculo recedant, non ut praeceptis meis obediant, sed ne carnales eorum Domini amplius super eos potestatem suam exerceant.

Et hi omnes non propter coelestem amorem sed propter has terrenas molestias quas sustinent ad spiritualem religionem veniunt, non considerantes utrum salsus an insulsus, an dulcis an amarus, an coeli an terrae habitator sim. Quid hoc? Ipsi nec condimentum, nec dulcedinem Scripturarum attendunt; nec quomodo in cordibus illorum homines habitent qui superna quaerunt, considerant. Et quoniam haec scrutari nolunt, ideo timorem meum abjicientes secundum voluntates suas incedunt, unde et inde alieni sunt et fugitivi vocantur. Quapropter nec ego dico eos saeculum dimisisse et ad me venisse, sed in hoc rei sunt quod servum timent, et Dominum contemnunt, quia terrenas causas sequuntur; et me non verentur, et ideo pavidi in minimo, et audaces in maximo dicuntur.

Ergo et Balaam assimilantur, qui Israeliticum populum in tabernaculis suis pulchrum videns, mansionem cum illis ficto animo se habere concupivit, dicens: Moriatur anima mea morte justorum, et fiant novissima mea horum similia (Num. XXIII). Quid hoc?

Pero sois asimilados a un viento tibio, puesto que cuando la vana gloria haya soplado sobre vuestra mente, entonces habláis desde cierta aspereza diciendo así: "Ya no quiero trabajar con el mundo, sino que delibero huirlo apresuradamente. ¿Y por qué habré de quebrantarme así en un trabajo vano?" Pero cuando decís estas cosas dentro de vosotros, pensáis que se terminan tal como las excogitáis. Pues muchos me buscan con ánimo vacilante, de modo que solo están marcados exteriormente por el signo de la religión, no buscándome con ojos puros, ni circunspeccionándose simplemente en la verdadera doctrina sobre cómo huyan del diablo que desea devorarlos, del mismo modo que la paloma, considerando en la pureza del agua al halcón que intenta atraparla, huye; pero ellos no huyen así del diablo cuando lo ven venir en la escritura de las doctrinas, sino que en el repentino sopor que hay en él por la ceguera de su mente, corren hacia mí como un viento tibio.

Pues algunos, desechando no su voluntad sino solo el hábito secular, acometen la religión espiritual; porque sosteniendo muchas miserias y pobrezas en el siglo no pueden tener riquezas, y por tanto abandonan el mundo, puesto que no pueden tenerlo como querrían. Otros, en cambio, son estúpidos y necios para el mundo, de modo que son despreciables a los hombres y no quieren gobernarse a sí mismos, y por eso huyen del mundo, porque son objeto de escarnio para ellos. Pero también algunos, teniendo debilidad e infinidad de su cuerpo y trabajando mucho en estas calamidades, abandonan el siglo no por mí, sino para que se les socorra tanto más suavemente en estos dolores. Otros, en verdad, sufren tales angustias y opresiones de sus señores carnales a quienes están sujetos, que por temor a ellos se retiran del mundo, no para obedecer mis preceptos, sino para que sus señores carnales no ejerzan más su poder sobre ellos.

Y todos estos vienen a la religión espiritual no por el amor celestial sino por estas molestias terrenales que sostienen, no considerando si yo sea salado o insípido, o dulce o amargo, o habitante del cielo o de la tierra. ¿Qué es esto? Ellos no atienden ni al condimento ni a la dulzura de las Escrituras; ni consideran cómo habitan en sus corazones los hombres que buscan las cosas supernas. Y puesto que no quieren escrutar estas cosas, por eso desechando mi temor caminan según sus voluntades, por lo cual tanto de aquí como de allá son extraños y son llamados fugitivos. Por lo cual ni yo digo que hayan dejado el mundo y venido a mí, sino que en esto son culpables de que temen al siervo y desprecian al Señor, porque siguen causas terrenales; y no me temen a mí, y por eso son llamados miedosos en lo mínimo y audaces en lo máximo.

Por lo cual también son asimilados a Balaam, quien viendo al pueblo israelita hermoso en sus tiendas, deseó con ánimo fingido tener morada con ellos, diciendo: "Muera mi alma la muerte de los justos, y sea mi fin semejante al de ellos" (Núm. 23). ¿Qué es esto?

Cum homo aliquando in suspiriis animae ad hoc concutitur ut opera justitiae incipiat, tunc insurgente desiderio ea gemebunde exoptat, sic dicens in semetipso: Ego miser qui multis peccatis et obligationibus praepeditus sum, studiose desidero ut in abjectione carnalium concupiscentiarum anima mea omnem malitiam iniquitatis relinquat, et ut per contritionem illam qua justi semetipsos despiciunt in habitaculo bonorum operum maneant. Quomodo? Ut in rectis actibus inveniatur finis meus, illis hominibus qui justitiam Dei operantur similis: ita ut terminus bonorum operum meorum initio justae intentionis eorum adaequatur.

Sed homo qui intra semetipsum ista loquitur, si postea transacto tempore illorum suspiriorum cum tentationibus malignorum spirituum afflatur, et carnali concupiscentia devictus ad iniquitatem revertitur, facit ut ipse Balaam per nequitiam cupiditatis deceptus fecit. Quomodo? Quia ipse postea per illud schisma tactus per quod prius populo meo maledicere volebat, ubi ei per angelum meum et per asinam ipsius restiti, ad hoc eum tamen in zelo meo perducens, quia benedictione verborum illorum quae in os ipsius posui eidem populo meo benedicebat: post desiderium illud quo eidem populo Israeli in morte sua assimilari desideravit, ad primum schisma reversus est, et populum meum in pecunia mortis suo consilio per fornicationem dispersit, ut pollicitus est dicens: Verumtamen pergens ad populum meum dabo consilium quid populus tuus hic faciat extremo tempore.

Quid hoc? Videlicet cum me retorsero ad iter desideriorum meorum quae ad decorem carnis pertinent; tunc concupiscentias illas ingrediar quas prius cognoveram. Quomodo? Quia scio quid in carne mea cui honeste deservio, ita ut et ego qui his causis quae ipsi semper adsunt imbutus sum; tibi, o homo, qui etiam in eisdem delectabilibus rebus ardens, in abscondito mentis meae stimulum concupiscentiis tuis ostendo; cum per suggestionem voluptatis meae fumigantem ardorem tuum ita succendo, ut per agnitiones venalium terrenarum rerum quae in corde tuo florent, illud ardens desiderium quo prius ad opera illa quae sancta dicuntur anhelasti exstinguas: hoc modo finem eis imponens, et eas opportuno tempore ita relinquens, quasi nunquam ea cognoveris.

Unde, o homo, sicut iste Balaam post illud rectum desiderium quo prius sursum aspiciebat, ad fallaces concupiscentias se deorsum inclinabat; ita et ii faciunt qui me ficte quaerunt, quia cum viderint illos qui saeculum veraciter abjecerunt simpliciter incedere, et in arcta ac beata conversatione laudabiliter ac veraciter perdurare; dicunt eos pulchros et suaves esse, ac protinus repentino impetu vitam eorum aggrediuntur, secundum ipsos vivere desiderantes.

Cuando el hombre es a veces sacudido en los suspiros de su alma para esto, para que comience obras de justicia, entonces con el deseo naciente las anhela gimientemente, diciendo así en sí mismo: "Yo, miserable, que estoy impedido por muchos pecados y obligaciones, deseo estudiosamente que en la abyección de las concupiscencias carnales mi alma abandone toda malicia de iniquidad, y que por aquella contrición por la que los justos se desprecian a sí mismos, permanezcan en el habitáculo de las buenas obras". ¿Cómo? "Para que en actos rectos se encuentre mi fin, semejante a aquellos hombres que obran la justicia de Dios: de modo que el término de mis buenas obras se iguale al principio de su justa intención".

Pero el hombre que habla estas cosas dentro de sí mismo, si después, pasado el tiempo de aquellos suspiros, es soplado por las tentaciones de los espíritus malignos, y vencido por la concupiscencia carnal regresa a la iniquidad, hace como el mismo Balaam, engañado por la maldad de la codicia, hizo. ¿Cómo? Porque él después, tocado por aquel cisma por el que antes quería maldecir a mi pueblo, donde yo le resistí por mi ángel y por su asna, llevándolo sin embargo en mi celo a esto, a que bendijera a mi mismo pueblo por la bendición de aquellas palabras que puse en su boca: tras aquel deseo por el que deseó asimilarse al mismo pueblo de Israel en su muerte, regresó al primer cisma, y dispersó a mi pueblo por su consejo mediante la fornicación por el dinero de la muerte, como prometió diciendo: "Sin embargo, yendo a mi pueblo daré consejo sobre lo que tu pueblo haga aquí en el último tiempo".

¿Qué es esto? A saber: "Cuando me haya retorcido de nuevo hacia el camino de mis deseos que pertenecen al decoro de la carne; entonces entraré en aquellas concupiscencias que antes conocía". ¿Cómo? "Porque sé lo que hay en mi carne a la que honestamente sirvo, de modo que también yo, que estoy imbuido de estas causas que siempre les asisten; a ti, oh hombre, que también ardes en las mismas cosas deleitables, en lo recóndito de mi mente te muestro el estímulo para tus concupiscencias; cuando por la sugerencia de mi placer enciendo así tu ardor humeante, que por los reconocimientos de las cosas terrenales venales que florecen en tu corazón, extingas aquel ardiente deseo con el que antes anhelabas aquellas obras que se llaman santas: de este modo imponiéndoles un fin, y abandonándolas en el tiempo oportuno, como si nunca las hubieras conocido".

Por lo cual, oh hombre, como aquel Balaam, tras aquel recto deseo por el que antes miraba hacia arriba, se inclinó hacia abajo hacia las falaces concupiscencias; así hacen también quienes me buscan fingidamente, porque cuando ven que aquellos que verdaderamente han desechado el mundo caminan simplemente, y perseveran laudable y verdaderamente en una estrecha y bienaventurada vida; dicen que son hermosos y suaves, y de inmediato con un ímpetu repentino acometen su vida, deseando vivir según ellos.

Sed postquam se illis ita conjunxerint quemadmodum et Balaam Israeliticum populum inspexit, tunc frequenter per diverse nequitias quas prius in cordibus suis habebant cum in saeculo essent, ad carnalia desideria revocantur, quoniam et illis prius dominabantur.

Quapropter cum sic impediuntur, veneno et adversitate sua contaminant electum gregem meum, multis tempestatibus eum quatientes, et consilio suae nequitiae eum dispergentes. Nam cum ipsi a saeculo deceptuose recederent, me in orationibus suis in adjutorium sibi non invocabant, nec in probatione corporis sui si in hoc proposito perseverare possent an non, me quaerebant: unde et ego permitto eos considerare: quid voluntas ipsorum cum in semetipsis confidunt eos possit adjuvare.

O, ipsi insipientes et infructuosi existunt; quia sunt inutiles absque aratione legis Dei, et sine fructificatione verbi ipsius; quia non exquisierunt quid facere deberent cum arctam viam adirent, ut bona terra circumspicitur quem utilem fructum profert. Unde audiant; O homo, si hodie cum in carne tua fortiter in concupiscentiis ardeas, igneam fornacem existi, quis tibi tantum refrigerium dedit, quod tam magnum incendium posses evadere in voluptate tua?

Vere qui haec aggredi voluerit, interioribus oculis suis incedere debet qualiter ea per me incipiat, et qualiter ea meo adjutorio perficiat, ne si illa insipienter inceperit et male consummaverit, in ruinam vadat, sicut et ille antiquus hostis qui in semetipso confisus, in ira zeli mei dejectus est; sic et isti abjicientur, qui nec semetipsos considerantes, in praecipitatione magnae superbiae passione Filii mei se induunt, sed eam postmodum in fastidio superflue rejiciunt. Quapropter qui eam super se posuerint, attendant quomodo eam diligant, secundum quod Jeremias propheta in Spiritu sancto hortatur dicens: O vos omnes qui transitis per viam, attendite et videte si est dolor sicut dolor meus, quoniam vindemiavit me ut locutus est Dominus, in die irae furoris sui (Thren. I).

Quid hoc? O vos omnes qui vitia descritis, videlicet in abjectione saecularium, et in imitatione spiritualium, transeuntes per viam illam quae vita et veritas est quae ego Filius Dei sum; attendite in inceptione bonorum operum ne doloris mei obliviscamini, cum me in passione mea coeperitis imitari, et videte in perfectione justitiae, ut dolor ille quem pro amore meo vobis imponitis: dolori meo similis sit. Quomodo?

Pero después de que se hayan unido a ellos tal como Balaam inspeccionó al pueblo israelita, entonces frecuentemente, por diversas maldades que antes tenían en sus corazones cuando estaban en el mundo, son llamados de nuevo a los deseos carnales, puesto que aquellos los dominaban anteriormente.

Por lo cual, cuando son así impedidos, contaminan a mi rebaño elegido con su veneno y adversidad, sacudiéndolo con muchas tempestades, y dispersándolo por el consejo de su maldad. Pues cuando se retiraron engañosamente del mundo, no me invocaron en sus oraciones como ayuda para sí mismos, ni me buscaron en la probación de su cuerpo sobre si podrían perseverar en este propósito o no: por lo cual yo también les permito considerar qué puede ayudarles su propia voluntad cuando confían en sí mismos.

¡Oh, ellos existen como estúpidos e infructuosos!; porque son inútiles sin la aradura de la ley de Dios, y sin la fructificación de su palabra; porque no inquirieron qué debían hacer cuando entraron en la vía estrecha, tal como se circunspecciona la buena tierra para ver qué fruto útil produce. Por lo cual oigan; oh hombre, si hoy, cuando ardes fuertemente en las concupiscencias en tu carne, existes como un horno ígneo, ¿quién te dio tan gran refrigerio, que pudieras escapar de tan gran incendio en tu placer?

En verdad, quien haya querido acometer estas cosas, debe caminar con sus ojos interiores sobre cómo las comience por mí, y cómo las perfeccione con mi ayuda, no sea que si las comenzara neciamente y las consumara mal, vaya a la ruina, tal como también aquel antiguo enemigo que, confiando en sí mismo, fue abatido en la ira de mi celo; así también serán desechados estos que, no considerándose a sí mismos, en la precipitación de una gran soberbia se revisten de la pasión de mi Hijo, pero después, en el hastío, la rechazan superfluamente. Por lo cual, quienes la hayan puesto sobre sí, atiendan a cómo la amen, según lo que el profeta Jeremías exhorta en el Espíritu Santo diciendo: "Oh todos vosotros que pasáis por el camino, atended y ved si hay dolor como mi dolor, puesto que me ha vendimiado como el Señor ha hablado, en el día de la ira de su furor" (Lam. 1).

¿Qué es esto? Oh todos vosotros que describís los vicios, a saber, en la abyección de las cosas seculares, y en la imitación de las espirituales, pasando por aquel camino que es vida y verdad, que soy yo, el Hijo de Dios; atended en el comienzo de las buenas obras para que no os olvidéis de mi dolor, cuando hayáis comenzado a imitarme en mi pasión, y ved en la perfección de la justicia, que aquel dolor que os imponéis por mi amor: sea semejante a mi dolor. ¿Cómo?

ut in eisdem miseriis quas propter me sustinetis usque ad bonum finem indeficienter perseveretis; sicut et ego perseveravi in dolore meo mori pro vobis, quoniam ego compressus et conculcatus in passione crucis sum; sicut uva in torculari exprimitur ut corpus meum manducetis, et sanguinem meum bibatis, ut in praescientia perspicacis oculi sui locutus est dominator coeli et terrae in judicio eum Adam vitam deseruit et mortem accepit; ubi tamen idem Pater meus coelestis hoc praevidit, quod in fine temporum per me Filium suum ex Virgine incarnatum qui me in fortissimis viribus justitiae diabolo opponebam, eumdem antiquum seductorem superaret et humanum genus in defensione superni auxilii liberaret.

Ergo homo cujuscunque sexus aut aetatis sit, qui passionem meam induit, attendat ut eam fortiter retineat, ne si eam per errorem neglectus sui abjecerit, postea cum ipsam voluerit retinere, eam invenire non possit.

Unde et illi qui infantes suos meae passioni in humilitatis conversatione subjicere voluerit, hoc non in praesumptione praecipitationis impudenter faciant, sed sapienter in examinatione discretionis, non cogentes illos absque consensu voluntatis suae hoc adire, quod nec ipsi possunt perferre. Quomodo? Si infantem tuum mihi offers cum ei nondum inest scientia discernentis intellectus, sed cum in stultitia omnis sensus sui jacet, et tamen ita sine voluntate ipsius eum offers, consensum ejus in hoc non considerans, non recte fecisti ita offerens arietem. Quomodo? Si homo arietem ad altare meum offert; si eum cornibus suis fortiter funibus non alligavit, nonne aries aufugit? Sic etiam si pater aut mater puerum suum qui aries est, ad servitutem meam offerunt, si in hoc voluntatem illius quae cornua ejus sunt, nec diligenti custodia, nec supplicatione, nec deprecatione, nec exhortatione totius diligentiae quae funes colligationis ejus intelligantur, attendunt, quoniam his omnibus puer ad consensum bonae voluntatis provocandus est; tunc si istis examinationibus non fuerit probatus, certe aut corpore aut mente aufugit, nisi Deus eum in mirabilibus suis custodiat.

Si autem tu, o homo, in tam magna custodia corporalis districtionis puerum illum concludis quod se a pressura repugnantis voluntatis suae absolvere non possit, tunc in omnibus fructibus tam corporis quam animae propter capturam illam quae sine consensu ejus ipsi injuste illata est, aridus mihi apparet. Tunc et ego tibi, o homo, qui auctor hujus ligaturae es, dico: Viridem agrum in potestate mea habui; nunquid, o homo, dedi tibi illum, ut eum germinare faceres quemcunque fructum tu ipse velles. Et si in illum semen seminas, an potes illum in fructum producere? Non.

De modo que en las mismas miserias que sostenéis por mí perseveréis sin desfallecer hasta el buen fin; tal como yo también perseveré en mi dolor de morir por vosotros, puesto que fui comprimido y conculcado en la pasión de la cruz; tal como la uva es exprimida en el lagar para que comáis mi cuerpo y bebáis mi sangre, como habló el dominador del cielo y de la tierra en la presciencia de su ojo perspicaz en el juicio cuando Adán dejó la vida y aceptó la muerte; donde sin embargo el mismo Padre mío celestial previó esto, que al final de los tiempos por mí, su Hijo encarnado de la Virgen, que me oponía al diablo en las fortísimas fuerzas de la justicia, superaría al mismo antiguo seductor y liberaría al género humano en la defensa del auxilio superno.

Por tanto, el hombre de cualquier sexo o edad que sea, que se revista de mi pasión, atienda a retenerla fuertemente, no sea que si la desechara por el error de su negligencia, después, cuando quisiera retenerla, no pueda encontrarla.

Por lo cual también aquellos que hayan querido someter a sus infantes a mi pasión en una conversación de humildad, no hagan esto impúdicamente en la presunción de la precipitación, sino sabiamente en el examen de la discreción, no obligándolos a entrar en esto sin el consentimiento de su voluntad, lo cual ellos mismos no pueden sobrellevar. ¿Cómo? Si me ofreces a tu infante cuando aún no hay en él el conocimiento de un intelecto discerniente, sino cuando yace en la estupidez de todo su sentido, y sin embargo lo ofreces así sin su voluntad, no considerando su consentimiento en esto, no has obrado rectamente ofreciendo así un carnero. ¿Cómo? Si un hombre ofrece un carnero en mi altar; si no lo ha atado fuertemente por sus cuernos con sogas, ¿acaso no huye el carnero? Así también si un padre o una madre ofrecen a su hijo, que es un carnero, a mi servidumbre, si en esto no atienden a su voluntad, que son sus cuernos, ni con diligente custodia, ni con súplica, ni con deprecación, ni con la exhortación de toda la diligencia que se entienda como las sogas de su atadura, puesto que por todas estas cosas el niño debe ser provocado al consentimiento de la buena voluntad; entonces, si no hubiera sido probado por estos exámenes, ciertamente huye o en cuerpo o en mente, a menos que Dios lo guarde en sus maravillas.

Pero si tú, oh hombre, encierras a aquel niño en tan gran custodia de estrechez corporal que no pueda absolverse de la presión de su voluntad repugnante, entonces en todos los frutos tanto del cuerpo como del alma, por aquella captura que le fue injustamente infligida sin su consentimiento, me parece árido. Entonces también yo te digo a ti, oh hombre, que eres el autor de esta ligadura: Yo tenía un campo verde en mi poder; ¿acaso, oh hombre, te lo di a ti para que lo hicieras germinar cualquier fruto que tú mismo quisieras? Y si siembras semilla en él, ¿puedes llevarlo al fruto? No.

Nam tu nec rorem das, nec pluviam producis, nec humiditatem in viriditate tribuis, nec calorem in ardore solis educis; per quae omnia competens fructus producendus est. Ita etiam in auditum hominis verbum seminare potes; sed in cor illius quod ager meus est, nec rorem compunctionum, nec pluviam lacrymarum, nec humorem devotionum, nec calorem Spiritus sancti infundere vales, in quibus universis fructus sanctitatis germinare debet. Et quomodo audebas delicatum et sanctificatum mihi in baptismo tam temere tangere; ut eum absque voluntate sua in arctissimam captionem ligaturae ad ferendum jugum meum traderes. Unde nec aridus, nec viridis effectus est; quia nec saeculo mortuus est, nec saeculo vivit. Et cur eum ita oppressisti, quod ad utrumque inutilis est? Nec miraculum meum ad confortandum eum ut in spirituali vita permaneat, ab hominibus exspectandum non est, quoniam nolo ut parentes ejus in oblatione ejus peccent, absque voluntate illius eum mihi offerentes.

Quod si aliquis sive pater sive mater puerum suum ad servitium meum offerre voluerit, antequam eum praesentet, dicat: Promitto Deo quod puerum meum solerti custodia usque ad intelligibilem aetatem ejus custodiam supplicando, deprecando, exhortando eum ut in servitio Dei devote permaneat. Et si mihi consenserit, festinanter eum ad servitutem Dei offero; vel si mihi assensum non praebuerit, insons coram oculis majestatis ejus inveniar. Si autem parentes pueri eum his modis usque ad intelligibilem aetatem ejus prosecuti fuerint; si tunc puer se avertens illis consentire noluerit; tunc et ipsi, quia devotionem suam in illo quantum valebant ostenderunt, eum sine voluntate illius non offerant, nec eum ad servitutem illam pervenire cogant, quam nec ipsi ferre nec adimplere volunt.

Qui autem devoto animo se mihi libenter subjicere voluerit, ad hoc strenue exhortandus est ut perveniat, nec per livorem alicujus malevolae animae a bona intentione sua retrahendus. Nam si quis aliquem illorum qui me sequi desiderant a proposito suo retraxerit, sacrilegium facit, quoniam foedus meum in mente illius dirupit, quapropter et in recto judicio rationem inde redditurus est; si in hac nequitia inflexibilis perduraverit, quia mihi servire volentem avertit: quod facere non debuit, ut scriptum est: Omne quod Domino consecratur, sive homo fuerit sive animal, sive ager, non veniet, nec redimi poterit (Lev. XXVII).

Quid hoc? Cum quaelibet anhelans anima, pleno officio scientiae ita bonum sensum in homine tangit, ut ille aliquam rem perficiat; tunc rem illam voluntas ejus confirmat dicens: Hoc decet ad honorem Dei. Et ita cum bona devotione et cum justa reverentia homo ille promittit Deo, illud ei offerens per osculum cordis, quod est per voluntatem desideriorum suorum. Et tunc illud hoc modo in dotem sanctificationis Deo oblatum est. Quomodo?

Pues tú ni das el rocío, ni produces la lluvia, ni otorgas la humedad en el verdor, ni sacas el calor en el ardor del sol; por todas las cuales cosas se ha de producir el fruto competente. Así también puedes sembrar la palabra en el oído del hombre; pero en su corazón, que es mi campo, no puedes infundir ni el rocío de las compunciones, ni la lluvia de las lágrimas, ni el humor de las devociones, ni el calor del Espíritu Santo, en todos los cuales debe germinar el fruto de la santidad. ¿Y cómo osabas tocar tan temerariamente a uno delicado y santificado para mí en el bautismo, de modo que lo entregaras sin su voluntad en la estrechísima captura de la ligadura para llevar mi yugo? Por lo cual no se ha vuelto ni árido ni verde; porque ni ha muerto para el mundo, ni vive para el mundo. ¿Y por qué lo has oprimido tanto, que es inútil para ambas cosas? Tampoco ha de esperarse de los hombres mi milagro para confortarlo a fin de que permanezca en la vida espiritual, puesto que no quiero que sus padres pequen en su oblación, ofreciéndomelo sin su voluntad.

Pero si alguien, sea padre o madre, quisiera ofrecer a su hijo a mi servicio, antes de presentarlo, diga: "Prometo a Dios que guardaré a mi hijo con solícita custodia hasta su edad inteligible suplicándole, deprecándole, exhortándole para que permanezca devotamente en el servicio de Dios. Y si me consintiera, lo ofrezco apresuradamente a la servidumbre de Dios; o si no me prestara su asentimiento, sea yo hallado inocente ante los ojos de su majestad". Pero si los padres del niño lo hubieran seguido de estos modos hasta su edad inteligible; si entonces el niño, apartándose, no quisiera consentirles; entonces tampoco ellos, porque mostraron su devoción en él cuanto pudieron, lo ofrezcan sin su voluntad, ni lo obliguen a llegar a aquella servidumbre, que ellos mismos ni quieren llevar ni cumplir.

Pero quien libremente haya querido someterse a mí con ánimo devoto, a esto ha de ser exhortado con denuedo para que llegue, y no debe ser retraído de su buena intención por la envidia de ningún alma malévola. Pues si alguien retrajera de su propósito a alguno de aquellos que desean seguirme, comete sacrilegio, puesto que rompió mi pacto en la mente de aquel, por lo cual también en el recto juicio habrá de rendir cuentas de ello; si permaneciera inflexible en esta maldad, porque apartó a quien quería servirme: lo cual no debió hacer, como está escrito: "Todo lo que se consagra al Señor, sea hombre o animal, o campo, no se venderá, ni podrá ser redimido" (Lev. 27).

¿Qué es esto? Cuando cualquier alma anhelante, con el pleno oficio del conocimiento toca de tal modo el buen sentido en el hombre que este perfeccione alguna cosa; entonces su voluntad confirma aquella cosa diciendo: "Esto conviene para el honor de Dios". Y así, con buena devoción y con justa reverencia, aquel hombre promete a Dios, ofreciéndoselo por el beso del corazón, que es por la voluntad de sus deseos. Y entonces aquello fue ofrecido de este modo a Dios como dote de santificación. ¿Cómo?

Quia Deus in illo homine aedificantem voluntatem videns, ita eum per annulum sanctificationis suscipit, ut vir sponsam suam per annulum desponsationis sibi in foedus colligationis ne ipsam amodo dimittat munire solet. Unde cum Deus voluntatem illam virilitate animi hominis susceperit, qui semetipsos ita constringit quod reliquit quod habet, et qui magis Deo dividit quam sibi quod possidet, tunc colligatio hujusmodi consecrationis ita permanebit, nec devotionem suam relinquet. Quare? Quia illam scientia hominis cognovit, quoniam bonus sensus ejus illam intellexit, et quia illam voluntas ipsius ad honorem Dei aedivicavit; et ideo sive homo fuerit qui semetipsum ita Deo obtulit, sive animal homini subjectum quod eodem modo ad honorem Dei oblatum est, seu ager fructum proferens qui etiam ita Deo est consecratus, nec pro cariore pretio dari, nec sub viliore recompensatione retineri debet, ne honor Dei quasi in contemptibilem aestimationem deputetur.

Sed sicut nullus contra voluntatem suam a saeculari via ad spiritualem tramitem converti cogendus est; ita etiam qui cum devotione voluntatis suae servitium meum aggressus est, et postea illud contemnens neglexerit, justo judicio ut illud recipiat revocandus est. Quomodo? Si habet aequos rectores et spirituales magistros zelum meum habentes, ii debent eum ad servitutem meam revocare, et hoc primum facient supplicatione, exhortatione, et blando sermone eum linientes, et deinde verberibus et constrictione frigoris et famis et aliis his similibus castigationibus eum corripientes, quatenus his miseriis admonitus, infernales poenas ad mentem suam revocet, et eas timens a se putredinem animae suae auferat, et ad semitam illam quam deseruerat ita revocatus redeat, ut etiam de his Evangelio scriptum est: Exi in vias et sepes et compelle intrare, ut impleatur domus mea (Luc. XIV).

Quid hoc? Tu qui spiritualis pastor et justus rector et rectus magister es, exi de pristinis moribus tuis qui tibi de primo parente tuo adhaerent, et vade in viam arctam et angustam, et in compositionem inflexorum praeceptorum quae justissimi viri in textura Spiritus sancti composuerunt; et acutissime in zelo meo considera eos qui sub praecepto et magistratione tua degentes aut susceperunt aut voverunt sua voluntate et non ex alterius hominis injusta coactione sanctum propositum pacti mei observare, et cum postea illud contemnentes ad vetera vitia cupiunt redire: hos dulcibus et amaris correptionibus compelle ecclesiasticam disciplinam intrare, ut domus dotationis meae tam ex strenue correptis quam ex suaviter admonitis impleatur, quoniam alii ad vitam diversis castigationibus et alii variis blandis admonitionibus vocandi sunt. Quomodo?

Porque Dios, viendo en aquel hombre la voluntad edificante, lo recibe así por el anillo de la santificación, tal como el varón suele asegurar para sí a su esposa en pacto de unión por el anillo del desposorio para no abandonarla de allí en adelante. Por lo cual, cuando Dios haya recibido aquella voluntad por la virilidad del alma del hombre, que se constriñe de tal modo que dejó lo que tiene, y que reparte más a Dios que a sí mismo lo que posee, entonces la unión de tal consagración permanecerá así, y no dejará su devoción. ¿Por qué? Porque el conocimiento del hombre la conoció, puesto que su buen sentido la entendió, y porque su voluntad la edificó para el honor de Dios; y por tanto, ya sea un hombre quien así se ofreció a Dios, o un animal sujeto al hombre que del mismo modo fue ofrecido para el honor de Dios, o un campo que produce fruto que también fue así consagrado a Dios, ni debe darse por un precio más caro, ni retenerse bajo una recompensa más vil, para que el honor de Dios no sea tenido como en una estimación despreciable.

Pero así como nadie ha de ser obligado contra su voluntad a pasar de la vía secular a la senda espiritual; así también quien con la devoción de su voluntad acometió mi servicio, y después despreciándolo lo hubiera descuidado, ha de ser llamado por justo juicio para que lo reciba. ¿Cómo? Si tiene rectores equitativos y maestros espirituales que tengan mi celo, ellos deben llamarlo a mi servidumbre, y esto lo harán primero con súplica, exhortación y suavizándolo con palabra blanda, y luego corrigiéndolo con azotes y con la estrechez del frío y del hambre y con otras castigaciones semejantes a estas, para que, amonestado por estas miserias, llame a su mente las penas infernales, y temiéndolas quite de sí la putrefacción de su alma, y así llamado regrese a aquella senda que había abandonado, tal como también sobre esto está escrito en el Evangelio: "Sal por los caminos y cercados y oblígalos a entrar, para que se llene mi casa" (Luc. 14).

¿Qué es esto? Tú, que eres pastor espiritual y rector justo y maestro recto, sal de tus antiguas costumbres que se te adhieren de tu primer padre, y ve por la vía estrecha y angosta, y a la composición de los preceptos inflexibles que varones justísimos compusieron en la textura del Espíritu Santo; y considera agudísimamente en mi celo a aquellos que, viviendo bajo tu precepto y magisterio, o recibieron o prometieron por su voluntad y no por la injusta coacción de otro hombre observar el santo propósito de mi pacto, y cuando después, despreciándolo, desean volver a los antiguos vicios: a estos oblígalos con dulces y amargas correcciones a entrar en la disciplina eclesiástica, para que la casa de mi dotación se llene tanto de los corregidos con denuedo como de los amonestados con suavidad, puesto que unos han de ser llamados a la vida por diversas castigaciones y otros por varias y blandas amonestaciones. ¿Cómo?

Ut diligens pastor perditam ovem suam sollicite requirit, ita et spirituales magistri subjectos suos per diversa vitia errantes multa diligentia requirere debent, sua scilicet solertia cogentes eos, ut in domum justitiae de qua exierunt vel exire volebant revertantur, ut Ecclesia in una parte ex amore correptis et in altera ex blande adhortatis ovibus impleatur, et ita ad superna pascua perducatur.

Qui autem tunc ita obturati sunt, quod nec propter corporalem castigationem quae eis a praepositis magistris suis in zelo meo infertur, nec propter timorem meum quoniam ego sum Deus nolens iniquitatem, nec propter amorem effusi sanguinis Filii mei qui pro ipsis passus est se corrigere volunt, sed fidelissimos amicos meos qui vias meas velociter currunt polluere sua putredine laborant; tunc ab amicis meis ne gregem meum contaminent ut lupi expellendi sunt, quemadmodum Paulus amicus meus hortatur dicens: Auferte malum ex vobis (I Cor. V). Quid hoc? Vos qui in culmine regiminis estis, et qui in humilitate subjectionis manetis, expellite malum illud a vobis quod timorem meum contemnens mihi Creatori coeli et terrae contradicit, illud tam forti examinatione a vobis expellentes, ut in conscientia vestra radicem non figat, nec in consortio vestro pedem suum ponat, ne dulcia pigmenta bonorum operum in vobis vilescant. Sed qui ex his in poenitentia reverti voluerit, et me Creatorem suum pro corde quaesierit; etiamsi in extremitate cursus sui venerit ego tamen suscipiam eum quia cuncta juste judico.

Qui autem thesaurum cordis sui subtrahendo abscondit, dicens: Nisi sentiam me moriturum, a saecularibus causis me non convertam et ita conversionem suam usque ad expirationem animae suae differt, et cum jam amplius spirare non valet, diutius praesentem vitam se posse habere desperans saeculo renuntiare tentat: hic animam suam decipit, quoniam conversio ejus deceptibilis est, hoc ludificando fecit, ut ludificatio etiam accipitur. Ille vero qui jam morti proximus, toto corde propter peccata sua et propter amorem meum saeculo renuntiaverit, scilicet quandiu vivat mihi ardenter servire desiderans; vere devotionem ejus cum omnibus choris angelorum suscipio, et ei gloriam vitae tribuo. Nam quamvis homo in multo crimine occupatus sit, cum tangit peccata sua ita quod amare delicta sua deflet, et hoc simplici oculo facit quia me ad iracundiam provocavit, ego eum a morte ad salutationem erigo, nec ei supernam haereditatem denego, secundum quod psalmista David in Spiritu meo testatur, dicens: In quacunque die invocavero te, ecce cognovi quoniam Deus meus es (Psal. LV).

Como el pastor diligente busca solícitamente a su oveja perdida, así también los maestros espirituales deben buscar con mucha diligencia a sus súbditos que yerran por diversos vicios, obligándolos con su solercia a que regresen a la casa de la justicia de la que salieron o querían salir, para que la Iglesia se llene en una parte de ovejas corregidas por amor y en la otra de ovejas blandamente exhortadas, y así sea conducida a los pastos supernos.

Pero aquellos que entonces están tan endurecidos que, ni por la castigación corporal que les es infligida en mi celo por sus maestros presidentes, ni por el temor a mí —puesto que yo soy Dios que no quiere la iniquidad—, ni por el amor de la sangre derramada de mi Hijo que sufrió por ellos, quieren corregirse, sino que trabajan por manchar con su putrefacción a mis amigos fidelísimos que recorren velozmente mis caminos; entonces deben ser expulsados por mis amigos como lobos para que no contaminen a mi rebaño, tal como mi amigo Pablo exhorta diciendo: "Quitad el mal de entre vosotros" (1 Cor. 5). ¿Qué es esto? Vosotros que estáis en la cumbre del gobierno, y que permanecéis en la humildad de la sujeción, expulsad de vosotros aquel mal que, despreciando mi temor, me contradice a mí, Creador del cielo y de la tierra, expulsándolo de vosotros con tan fuerte examen que no fije su raíz en vuestra conciencia, ni ponga su pie en vuestro consorcio, para que los dulces ungüentos de las buenas obras no se envilezcan en vosotros. Pero quien de estos quisiera volver en penitencia, y buscara con todo el corazón a mí, su Creador; aunque llegara en la extremidad de su curso, yo sin embargo lo recibiré porque juzgo todas las cosas justamente.

Pero quien esconde el tesoro de su corazón sustrayéndolo, diciendo: "A menos que sienta que voy a morir, no me convertiré de las causas seculares", y así difiere su conversión hasta la expiración de su alma, y cuando ya no puede respirar más, desesperando de poder tener más tiempo la vida presente, intenta renunciar al mundo: este engaña a su alma, puesto que su conversión es engañosa, hizo esto burlándose, como también la burla es recibida. Pero aquel que ya próximo a la muerte, de todo corazón por sus pecados y por mi amor hubiera renunciado al mundo, a saber, deseando servirme ardientemente mientras viva; verdaderamente recibo su devoción con todos los coros de los ángeles, y le otorgo la gloria de la vida. Pues aunque el hombre esté ocupado en mucho crimen, cuando toca sus pecados de modo que llora amargamente sus delictos, y hace esto con un ojo simple porque me provocó a ira, yo lo elevo de la muerte a la salvación, ni le niego la herencia superna, según lo que el salmista David atestigua en mi Espíritu, diciendo: "En cualquier día que te invocare, he aquí que he conocido que tú eres mi Dios" (Sal. 55).

Quid hoc? In quacunque luce vitae meae ulla claritas supernae illustrationis in mente mea qui in tenebris jaceo, per divinam gratiam se ostenderit, ita quod in amaritudine poenitentiae peccatorum meorum et in vulneribus gravati cordis mei invocavero te qui omnibus te puro corde invocantibus remedium tuae pietatis concedis; tunc in eadem visitatione cognovi, quia tu qui haec misericorditer operaris Deus meus es? Quid est hoc? Cum per gratiam tuam me ad hoc perduxeris, quod te Deum meum in operibus justitiae cognovero, ita quod in operibus iniquitatis meipsum damno et reprimo: tunc suscipis me simpliciter te quaerentem, et lacrymose post te clamantem atque in viriditate animae meae te cognoscentem, quia tu es ille qui haec facere potes; tunc enim corpus meum in vera poenitentia contero, et illud quasi pro nihil habeo. Et cum tali modo poenitentiam suam homo fecerit, remedium peccatorum suorum inveniet. Quomodo? Quia me Deum suum cognovit. Quomodo? Quoniam peccata sua deseruit, et ideo per oculum poenitentiae videbit quod illa vana fuerunt quae prius ardenter in mala concupiscentia perpetravit.

Quapropter nemo negligat remedium poenitentiae quaerere, quia si illam sanus in corpore neglexerit, studeat tamen ut eam vel in extremo tempore suo inveniat, et ad salvationem eum suscipiam quoniam quamvis sordes magnae sint in peccatis, tamen propter Filium meum in pura poenitentia abluuntur, praeter hunc qui blasphemiam contra Spiritum sanctum impoenitens dixerit, et qui se ipsum in mortem corporis sui obduratus praecipitaverit, quia haec duo velut unum sunt. Istos in gloria supernae vitae nescio, ut in Evangelio scriptum est: Omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemiae non remittetur. (Math. XII). Quid hoc? Omne peccatum quod in superfluitate carnis, aut cum libidine, aut cum amaritudine, aut aliis his similibus vitiis peractum fuerit, seu blasphemia quae est in cultu idolorum ubi verus Deus ignoratur et falsum figmentum adoratur, aut invocatio daemoniorum ubi verus Deus scitur, et tamen in perversitate hominum diabolus invocatur: haec omnia in pura poenitentia remittentur hominibus, cum per compunctionem lacrymarum ex intimo corde verum Deum omnibus se invocantibus misericordiam suam misericorditer praestantem fideliter quaesierint. Quoniam, quamvis hujusmodi homines graviter in peccatis errando delinquant, tamen si Deum imperio et potestate in coelis regnantem omnino non abjiciunt, manum auxilii ejus quaerentes invenient. Sed si in infidelitate sua perseveraverint, ita quod ab hac perversitate nunquam resipiscant, sed fixo corde et anima consentiente Deum omnino abnegent, sic intra semetipsos dicentes: Quid est hoc quod dicitur Deus?

¿Qué es esto? En cualquier luz de mi vida en que alguna claridad de la ilustración superna se hubiera mostrado en mi mente, que yazco en tinieblas, por la divina gracia, de modo que en la amargura de la penitencia de mis pecados y en las heridas de mi corazón gravado te invocare a ti, que concedes el remedio de tu piedad a todos los que te invocan con puro corazón; ¿entonces en la misma visitación conocí que tú, que obras estas cosas misericordiosamente, eres mi Dios? ¿Qué es esto? Cuando por tu gracia me hubieras conducido a esto, a que te conozca a ti mi Dios en las obras de la justicia, de modo que en las obras de la iniquidad me condene y me reprima a mí mismo: entonces me recibes a mí, que te busco simplemente, y que clamo tras de ti lagrimosamente y que te conozco en el verdor de mi alma, porque tú eres aquel que puede hacer estas cosas; pues entonces quebranto mi cuerpo en verdadera penitencia, y lo tengo como por nada. Y cuando el hombre hubiera hecho su penitencia de tal modo, encontrará el remedio de sus pecados. ¿Cómo? Porque me conoció a mí, su Dios. ¿Cómo? Puesto que abandonó sus pecados, y por tanto, por el ojo de la penitencia verá que eran vanas aquellas cosas que antes perpetró ardientemente en la mala concupiscencia.

Por lo cual, nadie descuide buscar el remedio de la penitencia, porque si lo hubiera descuidado estando sano de cuerpo, estudie sin embargo para que lo encuentre incluso en su último momento, y yo lo recibiré para la salvación puesto que, aunque haya grandes suciedades en los pecados, sin embargo por mi Hijo son lavadas en la pura penitencia, excepto aquel que hubiera dicho una blasfemia impenitente contra el Espíritu Santo, y quien endurecido se hubiera precipitado a la muerte de su cuerpo, porque estas dos cosas son como una sola. A estos no los conozco en la gloria de la vida superna, como está escrito en el Evangelio: "Todo pecado y blasfemia se perdonará a los hombres, pero el espíritu de blasfemia no se perdonará" (Mat. 12). ¿Qué es esto? Todo pecado que se hubiera cometido en la superfluidad de la carne, o con libido, o con amargura, u otros vicios semejantes a estos, o la blasfemia que se da en el culto de los ídolos donde el Dios verdadero es ignorado y un falso fingimiento es adorado, o la invocación de los demonios donde el Dios verdadero es conocido y sin embargo, en la perversidad de los hombres, el diablo es invocado: todas estas cosas se perdonarán a los hombres en la pura penitencia, cuando por la compunción de las lágrimas, desde lo íntimo del corazón, hubieran buscado fielmente al Dios verdadero que presta misericordiosamente su misericordia a todos los que le invocan. Porque, aunque hombres de esta clase falten gravemente errando en los pecados, sin embargo, si no desechan del todo a Dios que reina en los cielos con imperio y poder, buscando la mano de su ayuda la encontrarán. Pero si hubieran perseverado en su infidelidad, de modo que nunca se arrepientan de esta perversidad, sino que con corazón fijo y alma que consiente nieguen a Dios por completo, diciendo así dentro de sí mismos: "¿Qué es esto que se llama Dios?"

Nam Dei non est misericordia aut veritas, ut velit aut possit me adjuvare: et ita impoenitentes diffidant a peccatis suis se posse mundari, aut ullo modo salvari: hi Deum blasphemant, et ob hoc propter nequitiam obdurationis suae si ita perseveraverint, remissionem blasphemiae non percipient, quia intellectum cordis sui ita suffocant, quod sursum suspirare non valent, quoniam illum per cujus misericordiam salvari debent, quasi nihilum habent, ut etiam David testatur, dicens: Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus (Psal. XIII).

Quid est hoc? Per stultam locutionem qui sapientia et intellectu vacuus erat, Deum in corde suo abnegavit, etiam ad cognoscendum eum insipiens fuit. Quomodo? Quia verum Deum nec scire nec intelligere voluit, cum in obdurato sensu dicebat: Quid est Deus? Deus non est. Et quid vel ego sum? Nescio quid sum. Qui haec dicit insipiens est, quoniam veram sapientiam qua Deus cognoscitur non habet. Sed quisquis Deum in potestate sua regnantem non ficte cognovit, hic sapiens est, quamvis peccator sit. Unde quisquis hoc fixum in corde suo habet, de Dei misericordia desperat, dicens: Deus nihil est, hunc nescio, jam me nescivit, et hunc nego, quoniam me negavit. Et ideo ille ad vitam non resurget, nec ullum gaudium habere potest, quia omnes creaturae eum destituunt, quoniam Creatorem earum pro nihilo habuit. Sed et ille qui de peccatis suis desperat, ita quia prae magnitudine ponderis eorum se posse salvari non credit, infidelis est, et ideo ad vitam non perveniet, quia illi qui vitam omnibus dat contradicit. Quod si quis ex his omnibus poenitentia ductus, me veraciter quaesierit, me inveniet, quoniam neminem abjicio qui puro corde recurrit ad me.

Nam in omni tempore cuilibet homini poenitenti succurro. Unde, o homo, si quaeris me, invenies me; si autem me fugis, nescis ubi vadas. Nam qui in desperatis operibus suis perdurat, iste pro nihilo habet me Creatorem suum: qui meum esse nescire vult; et ideo ego in nullo ei succurro. Et o, in quanta caecitate hi sunt qui Deum abnegant, et qui de misericordia ejus desperant; quoniam nec Creatorem suum, nec seipsos cognoscunt, quia si seipsos cognoscerent, tunc et Deum Creatorem suum scirent. Quomodo? Quia homo scit se esse factum et non a seipso creatum. Et unde est? Certe a Deo factus est. Quapropter homo Deum esse scire debet. Sed et qui se in carnalem mortem praecipitat, me despicit et sibiipsi crudelis est; unde et talis ad vitam non resurget, sicut scriptum est: Omnis qui odit fratrem suum, homicida est (I Joan. III).

Pues no hay misericordia ni verdad de Dios, para que quiera o pueda ayudarme": y así, impenitentes, desconfíen de poder ser limpiados de sus pecados, o de ser salvados de algún modo: estos blasfeman contra Dios, y por esto, debido a la maldad de su endurecimiento, si así perseveraran, no percibirán la remisión de la blasfemia, porque sofocan de tal modo el intelecto de su corazón que no pueden suspirar hacia lo alto, puesto que tienen como nada a aquel por cuya misericordia deben ser salvados, como también David atestigua, diciendo: "Dijo el necio en su corazón: No hay Dios" (Sal. 13).

¿Qué es esto? Por la necia locución de quien estaba vacío de sabiduría e intelecto, negó a Dios en su corazón, incluso para conocerle fue necio. ¿Cómo? Porque no quiso ni saber ni entender al Dios verdadero, cuando en su sentido endurecido decía: "¿Qué es Dios? Dios no es." ¿And qué soy yo mismo? No sé lo que soy". Quien dice estas cosas es necio, puesto que no tiene la verdadera sabiduría por la que se conoce a Dios. Pero quienquiera que no fingidamente haya conocido a Dios que reina en su poder, este es sabio, aunque sea pecador. Por lo cual, quienquiera que tenga esto fijo en su corazón, desespera de la misericordia de Dios, diciendo: "Dios no es nada, no lo conozco, ya él no me ha conocido, y yo lo niego, puesto que él me ha negado". Y por tanto aquel no resucitará a la vida, ni puede tener gozo alguno, porque todas las criaturas lo desamparan, puesto que tuvo por nada al Creador de ellas. Pero también aquel que desespera de sus pecados, de tal modo que ante la magnitud del peso de ellos no cree poder ser salvado, es infiel, y por tanto no llegará a la vida, porque contradice a aquel que da la vida a todos. Pero si alguien de todos estos, conducido por la penitencia, me hubiera buscado verdaderamente, me encontrará, puesto que a nadie desecho que a mí recurre con puro corazón.

Pues en todo tiempo socorro a cualquier hombre penitente. Por lo cual, oh hombre, si me buscas, me encontrarás; pero si me huyes, no sabes a dónde vayas. Pues quien persevera en sus obras desesperadas, este me tiene por nada a mí, su Creador: quien no quiere conocer mi ser; y por tanto yo en nada le socorro. Y oh, ¡en qué gran ceguera están estos que niegan a Dios, y que desesperan de su misericordia!; puesto que ni a su Creador ni a sí mismos conocen, porque si se conocieran a sí mismos, entonces también conocerían a Dios su Creador. ¿Cómo? Porque el hombre sabe que ha sido hecho y no creado por sí mismo. ¿Y de dónde es? Ciertamente ha sido hecho por Dios. Por lo cual el hombre debe saber que Dios es. Pero también quien se precipita a la muerte carnal, me desprecia y es cruel consigo mismo; por lo cual también tal persona no resucitará a la vida, como está escrito: "Todo el que odia a su hermano, es homicida" (1 Juan 3).

Quid hoc? Quilibet homo qui proximo suo pro Dei amore non succurrit, sed eum in corde suo quasi nihilum habens despicit, homicida est. Quare? Quia imaginem meam spernit, quam diligere deberet. Et quoniam qui fratrem suum sic odit, homicida est: multo magis ille homicida est qui semetipsum in mortem carnis suae per desperatam mentem suam peremit, quoniam semetipsum magis diligere debuit quam proximum suum: sicut scriptum est: Diliges proximum tuum sicut te ipsum (Math. XIX). Et quoniam homicidium in quocunque homine peractum fuerit meum non est; ideo homicida mihi odibilis est: nec ille ad regnum meum perveniet qui semetipsum aut alium hominem peremit, nisi antequam expiret, corde me invocando poeniteat: quia omnis vita ad me vivit.

Sed praefata imagine jam hoc modo in viribus suis proficiente vides quasi quoddam altare ad quod ipsa frequenter accedit et ibi dotem suam devote revisens eam superno Patri et angelis ejus humiliter ostendit; quia Ecclesia, ut dictum est, in beatis et fortissimis virtutibus augmentum capiente mox velut tibi manifesta demonstratione ostenditur. Spiritu sancto inspirante sanctificatio mysticorum altarium in profunditate fidelium suspiriorum exorta est. Ubi eadem Ecclesia continua intentione vestigia exemplorum suorum ponens dotem suam, videlicet corpus et sanguinem Filii Dei profundissima devotione considerando: Creatori omnium in conspectu viventium et ardentium luminum scilicet supernorum civium in subjectione humillimae obedience offert. Quid hoc? Quoniam ut caro Unigeniti mei in incontaminato utero Mariae virginis orta est, et postea pro salute hominum tradita: ita etiam et nunc caro ejus frequenter in incorrupta integritate Ecclesiae augmentata ad sanctificationem fidelium datur. Quia, sicut faber aurum suum per ignem modo liquefaciens unit, et modo unitum dividit, ita etiam et ego Pater carnem, et sanguinem Filii mei, per sanctificationem Spiritus sancti, in oblatione nunc glorifico, et nunc glorificatum fidelibus hominibus ad salutem ipsorum distribuo.

Unde etiam cum sacerdos sacris vestibus indutus ad celebranda divina sacramenta ad altare accedit, vides quod subito magna serenitas lucis cum obsequio angelorum de coelo veniens, totum altare illud circumfulget; quoniam procuratore animarum sacrata cinctione circumamicto, et ad immolationem innocentis Agni vivificam mensam adeunte, repente magna claritas supernae haereditatis densitatem tenebrarum pellentis, cum immissione supernorum spirituum de secreto coelorum effulgens ubique illam compositionem sanctificationis irradiat. Quia ibi refectio animarum ad salutem credentium exercetur.

Et ideo in sacramento illo ubi mysterium passionis ejus celebrandum est, aqua vino immisceri debet; quia et de vulnere lateris Filii Dei aqua et sanguis effluxit. Sed et in eodem sacrificio vinum aquae superabundabit; quia et sanguis tabem superat, sicut et lac succum suum quod serum est excedit. Qui autem mysterium hoc celebrant id ita perficiant, quemadmodum eis monstratum est, et ut etiam ibi homines exhortantur, ubi inspiratione mea per sapientiam audiunt, ut scriptum est: Venite, comedite panem meum, et bibite vinum quod miscui vobis (Prov. IX). Quid hoc? Vos qui stultitiam deponere vultis, venite de ignorantia illa qua Deum nescitis, et de stupro illo per quod in exsilium missi estis, et redite in candidam regionem vestram, quae per speculum fidei in fonte viventis aquae vobis praemonstrata est, et pia devotione comedite panem meum, quem vir in agro non seminavit, et cui terra viriditatem non dedit, sed qui de Deo exivit, atque in eo permanet. Nam ut panis manducatur, et ut terra conculcatur, sic et Filius Dei panis vivus filios hominum praecellit; quia ipse Filius Dei in virtute divinitatis suae stabilis est; et filii hominum in debilitate carnis suae labiles sunt; Filius enim Dei corporaliter manens in mundo, mollitiem liquoris peccati in carne sua non habuit, quoniam sicut ignis panem (excoquens) arefacit, nec ei ullum mollem humorem dimittit, ita et ipse Unigenitus Dei de fortissimo igne Spiritus sancti conceptus, et de castissima Virgine natus, sine ulla contagione peccati in corpore suo substitit. Et ita ut panis hominem reficit, sic etiam et fideles homines per eumdem Filium Dei in fide nutriuntur; quia ipse fortissimus fructus est, qui nunquam deficiet. Unde et vos, fideles, hunc panem comedentes, bibite etiam pura intentione vinum hoc quod omni prorsus sorde caret, et quod in hanc inanem vagationem non vadit, ubi corruptio immunditiam innocentiae absorbens eam in venenum convertit.

Nam et secundum modum illum primus homo mundus fuit quando creatus fuit; quoniam in nulla diversitate erat, sed mundus in carne et sanguine suo fuit. Qui, cum praevaricationem faceret, illusus est: ita quod postea semper sanguinem suum in fetore immunditiae moechiae sparsit. Quia, sicut idem homo honorem innocentiae abjecerat, ita etiam et sanguis ipsius sanguinum colorem suum perdidit, in humana conceptione in liquorem pollutionis subversus. In quo etiam liquore ita sine fornicatione est donec sanguis apparet: et ita sanguis ille formam aliam accipiens post ortum suum in debilitate jacet, donec medulla ejus plenitudinem fortitudinis suae inveniat et donec sensus in ipso per excitationem occultae suscitationis exsurgat. Et tunc ita munda caro et mundus sanguis de veneno expiatus apparet, donec eum noxius calor percutit, qui percussione sua noxiam spumam immunditiae ejicit.

Y por tanto en aquel sacramento donde se ha de celebrar el misterio de su pasión, el agua debe mezclarse con el vino; porque tanto de la herida del costado del Hijo de Dios fluyó agua y sangre. Pero también en el mismo sacrificio el vino superabundará sobre el agua; porque también la sangre supera la podredumbre, tal como también la leche excede a su jugo que es el suero. Quienes sin embargo celebran este misterio, realícenlo así como les ha sido mostrado, y como también allí se exhorta a los hombres, donde por mi inspiración a través de la sabiduría oyen, como está escrito: "Venid, comed mi pan, y bebed el vino que os he mezclado" (Proverbios 9). ¿Qué es esto? Vosotros que queréis deponer la estulticia, venid de aquella ignorancia por la cual no conocéis a Dios, y de aquel estupro por el cual fuisteis enviados al exilio, y volved a vuestra blanca región, que por el espejo de la fe en la fuente del agua viva os fue mostrada antes, y con piadosa devoción comed mi pan, que el hombre en el campo no sembró, y al que la tierra no dio verdor, sino que salió de Dios y permanece en él. Pues como el pan se come, y como la tierra se conculca, así también el Hijo de Dios, pan vivo, aventaja a los hijos de los hombres; porque el mismo Hijo de Dios en la virtud de su divinidad es estable, y los hijos de los hombres en la debilidad de su carne son lábiles; pues el Hijo de Dios, permaneciendo corporalmente en el mundo, no tuvo la blandura del licor del pecado en su carne, puesto que como el fuego (cociendo) seca el pan ni le deja ningún humor blando, así también el mismo Unigénito (Unigenitus) de Dios, concebido del fortísimo fuego del Espíritu Santo y nacido de la castísima Virgen, subsistió sin ningún contagio de pecado en su cuerpo. Y así como el pan refresca al hombre, así también los hombres fieles son nutridos por el mismo Hijo de Dios en la fe; porque él mismo es el fruto fortísimo que nunca faltará. Por lo cual también vosotros, fieles, comiendo este pan, bebed también con pura intención este vino que carece de toda sorde por completo, y que no va a esta vana vagación donde la corrupción, absorbiendo la inmundicia de la inocencia, la convierte en veneno.

Pues también según aquel modo el primer hombre fue limpio cuando fue creado; puesto que no estaba en ninguna diversidad, sino que fue limpio en su carne y en su sangre. Quien, al cometer la prevaricación, fue burlado: de modo que después siempre esparció su sangre en el hedor de la inmundicia del adulterio. Porque, así como el mismo hombre había desechado el honor de la inocencia, así también su sangre perdió su color de sangre, convertida en la concepción humana en licor de polución. En el cual licor está también así sin fornicación hasta que aparece la sangre: y así aquella sangre, tomando otra forma después de su nacimiento, yace en la debilidad hasta que su médula encuentra la plenitud de su fortaleza y hasta que el sentido surge en ella por la excitación de una oculta suscitación. Y entonces aparece así la carne limpia y la sangre limpia expiada del veneno, hasta que la hiere el calor nocivo, que por su percusión eyecta la espuma nociva de la inmundicia.

Sed ab his omnibus Filius Dei mundus exstitit; mundam videlicet carnem et mundum sanguinem habens, ita quod eum nunquam tactus ullius noxii caloris tetigit; sed in sanctificatione et honore virentissimae castitatis manens, nulla contagione violari potuit. Qui tamen in angustia passionis positus, aquam in sanguinem lateris sui effudit; quia sanguis sine aqua in effusione sua non est; sed ita temperatus existit, ut sanguis aquam confortet, et ut aqua sanguinem deliniat.

Quapropter et vos qui Deum devote colere vultis, ita quod vestram salutem amatis, sumite hoc poculum sanctificationis, quod ita temperavi vobis ut asperitatem ultionis in lenitate remissionis non sentiatis, quoniam et divinitas et humanitas in superno Filio est, per cujus passionem de morte liberati, et per cujus corpus et sanguinem vegetati, societatem in aeterna mansione habeatis. Sed ego qui sum initium et finis (Apoc. XXI), iterum dico tibi, o homo, de nobili Filio meo, qui flos est rosarum et lilium convallium, natus de castissima Virgine, quae eum in integritate sua genuit. Qui partus talis exstitit, quod per eum de iniquitate priorum parentum humani generis placatus sum, qui me in transgressione sua ad indignationem provocaverunt. Unde et eumdem partum semper inspicio, cum corpus et sanguinem Filii mei quotidie super altare nomini meo consecratum habeo. Ita quod per ipsum sacramentum tu, homo, sanctificaris, carnem ejus manducans et eumdem sanguinem ejus bibens. Nam cum ibi sacerdos officium suum exercet sicut illi constitutum est, sacratissimis verbis me invocans, tunc in eadem potestate ibi adsum qua et ibi aderam, ubi Unigenitus meus sine schismate ullius contagionis incarnatus est. Unde et corpus ejus purissimum et suavissimum in omni sanctitate fuit: ita quod nunc carnem et sanguinem ipsius fideliter suscipientes, tanta dulcedine vivificentur, quod nullum despectum abjectionis patiantur, sicut et in Cantico canticorum scriptum est: Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meae, ut inveniam te foris, et deosculer te et jam me nemo despiciat? (Cant. VIII.) Quid hoc? Gemitus et devotio in Ecclesia positorum certissima fide dicit: Quis est ille qui mihi miserrimo homini in aerumnis posito, mitissima oblatione det te sponsum Ecclesiae: cum te fratrem meum propter incarnationem tuam nomino, sugentem misericordiam et veritatem quae sunt nutrimenta illa quibus divinitas homines nutrit, quae mihi mater in creatione mea est, scilicet cum educatione vegetationis vitam mihi dans. Quid hoc? Quia et nutrimenta Ecclesiae plena est gratia tua: cum ei plenam ubertatem in sacramento corporis et sanguinis tui tribuis, qui panis vivus et fons aquae vivae es.

Pero de todas estas cosas el Hijo de Dios existió limpio; teniendo a saber carne limpia y sangre limpia, de modo que nunca lo tocó el tacto de ningún calor nocivo; sino que permaneciendo en la sanctificación y honor de la verdísima castidad, por ninguna contagión pudo ser violado. Quien sin embargo, puesto en la angustia de la pasión, derramó agua en la sangre de su costado; porque la sangre no está sin agua en su efusión, sino que existe tan temperada que la sangre conforta al agua, y el agua suaviza la sangre.

Por lo cual también vosotros, que queréis cultivar a Dios con devoción, de modo que amáis vuestra salvación, tomad este cáliz de santificación, que de tal modo os he temperado que no sintáis la aspereza de la venganza en la lenidad de la remisión, puesto que tanto la divinidad como la humanidad están en el Hijo soberano, por cuya pasión liberados de la muerte, y por cuyo cuerpo y sangre vegetados, tengáis sociedad en la mansión eterna. Pero yo, que soy el principio y el fin (Apoc. 21), te digo de nuevo, oh hombre, sobre mi noble Hijo, que es flor de rosas y lirio de los valles, nacido de la castísima Virgen, que lo engendró en su integridad. El cual parto fue tal que por él me aplaqué de la iniquidad de los primeros padres del género humano, que me provocaron a indignación en su transgresión. Por lo cual también siempre contemplo el mismo parto, cuando tengo el cuerpo y la sangre de mi Hijo diariamente consagrados a mi nombre sobre el altar. De modo que por el mismo sacramento tú, hombre, eres santificado, comiendo su carne y bebiendo su misma sangre. Pues cuando allí el sacerdote ejerce su oficio tal como le ha sido constituido, invocándome con palabras sacratísimas, entonces en la misma potestad estoy allí presente en la cual allí estaba presente, donde mi Unigénito (Unigenitus) fue encarnado sin el cisma de ninguna contagión. Por lo cual también su cuerpo fue purísimo y dulcísimo en toda santidad: de modo que ahora, recibiendo fielmente su carne y su sangre, sean vivificados con tanta dulzura que no padezcan ningún desprecio de abyección, como también está escrito en el Cantar de los Cantares: "¿Quién me daría que fueras mi hermano mamando los pechos de mi madre, para que te encuentre fuera, y te bese y ya nadie me desprecie?" (Cant. 8). ¿Qué es esto? El gemido y la devoción de los puestos en la Iglesia (Ecclesia) con certísima fe dice: ¿Quién es aquel que me dé a mí, misérrimo hombre puesto en las penurias, a ti, esposo de la Iglesia, por la mitísima oblación: cuando te llamo mi hermano por tu encarnación, mamando la misericordia y la verdad que son aquellos nutrimentos con los que la divinidad nutre a los hombres, la cual para mí es madre en mi creación, a saber, dándome la vida con la educación de la vegetación? ¿Qué es esto? Porque también los nutrimentos de la Iglesia están llenos de tu gracia: cuando le otorgas plena ubertad en el sacramento de tu cuerpo y tu sangre, tú que eres el pan vivo y la fuente de agua viva.

Et hoc ideo facis ut manifesta certitudine inveniam te foris: cum scilicet sciens te Filium Dei in coelis, videam te etiam hominem in terra, quem in divinitate mortales oculi mei cernere non valent, ita ut etiam inveniam te in pane et vino divini mysterii: quod sacramentum sine pondere deceptionis, et sine ambiguitate fallaciae est; ac deinde hoc modo deosculer te: quoniam pro salute mea incarnatus es, et quia etiam me participem corporis et sanguinis tui facis, quatenus per hoc quod in mundum propter me venisti, et quod temetipsum mihi tradidisti, jam nulla creatura deinceps me despiciat, cum ipsa voluntatem tuam tibi subjecta semper sequatur, et cum ego praeceptis tuis rebellis existens tibi creberrime contrarius inveniar.

Nunc ergo, ut vides, o homo, cum sacerdos his verbis quae in Spiritu sancto constituta sunt, oblato sacrificio ad altare me coeperit invocare: amen tibi dico, quod in ardente calore meo ibi adsum, et pleno desiderio ipsum sacramentum perficio. Quomodo? Quoniam in effectu ejusdem mysterii ardentem charitatem super eamdem oblationem expando, videlicet ab initio verborum sacerdotis me invocantis, et hanc memoriam facientis, quod Filius meus in angustia passionis suae panem et vinum benedicens, in sacramento corporis et sanguinis sui discipulis suis tradidit; ut et ipsi idem pro salute populi facerent. Vere dico vobis, quia nunquam invocatio ista super hujusmodi oblationem in recordatione Unigeniti mei erit quin mysterium corporis et sanguinis ibi perficiatur, quod carnalis oculus quandiu cinis est videre non poterit; nisi in fide illud humili devotione perspiciat. Quomodo? Cum ales ovum sibi in nidum suum poni viderit: ardenter super illud volat, et calore suo illud fovens pullum educit: ita quod testa ovi remanet, et quod pullus ille evolat. Quid hoc? Ego Omnipotens, cum oblatio panis et vini super altare nomini meo dedicatum in memoria Filii oblata fuerit, eam mirabiliter virtute et gloria mea illustrans, in corpus et sanguinem Unigeniti mei transfundo. Quomodo? Ipso miraculo quo Filius meus carnem ex virgine suscepit: etiam oblatio haec in consecratione ista caro et sanguis ejus efficitur. Sed panis et vini species ibi exterioribus oculis visibile cernitur; intus autem sanctitas corporis et sanguinis ejusdem Filii mei invisibiliter manet. Quomodo? Cum Filius meus apud homines esset in mundo apud me etiam erat in coelo: et nunc apud me manens in coelo apud homines etiam manet in terra, sed hoc spirituale et non carnale est. Sic et ego Pater omni creaturae adsum a nulla abstrahens me; sed tu homo ab ea te subtrahis; ut cum in aquam vides, facies tua in ea quidem apparet, sed tamen ita ut nullas vires tuas in illa exercere vales, sed cum te ab ea avertis, amplius in illa non appares.

Y esto lo haces para que con manifiesta certeza te encuentre fuera: cuando a saber, conociéndote como Hijo de Dios en los cielos, te vea también hombre en la tierra, a quien en la divinidad mis ojos mortales no pueden discernir, de modo que incluso te encuentre en el pan y el vino del divino misterio: cuyo sacramento está sin el peso de la decepción, y sin la ambigüedad de la falacia; y luego de este modo te bese: porque para mi salvación te encarnaste, y porque también me haces partícipe de tu cuerpo y de tu sangre, a fin de que por esto, que al mundo viniste por mí y que te entregaste a mí mismo, ya ninguna criatura de ahí en adelante me desprecie, cuando ella siempre siga tu voluntad siéndote sujeta, y cuando yo, existiendo rebelde a tus preceptos, me encuentre muy frecuentemente contrario a ti.

Ahora por tanto, como ves, oh hombre, cuando el sacerdote, con estas palabras que han sido constituidas en el Espíritu Santo, ofrecido el sacrificio al altar, comenzara a invocarme: amén te digo, que en mi ardiente calor estoy allí presente, y con pleno deseo realizo el sacramento mismo. ¿Cómo? Puesto que en el efecto del mismo misterio expando la ardiente caridad sobre la misma oblación, a saber, desde el inicio de las palabras del sacerdote que me invoca y hace esta memoria: que mi Hijo, en la angustia de su pasión bendiciendo el pan y el vino, los entregó en el sacramento de su cuerpo y su sangre a sus discípulos; para que también ellos hicieran lo mismo por la salvación del pueblo. De veras os digo que nunca será esta invocación sobre tal oblación en recuerdo de mi Unigénito (Unigenitus) sin que allí se realice el misterio del cuerpo y la sangre, que el ojo carnal, mientras sea ceniza, no podrá ver; a menos que en la fe lo perciba con humilde devoción. ¿Cómo? Cuando un ave ve que se le pone un huevo en su nido: vuela ardientemente sobre él, y fomentándolo con su calor saca el polluelo: de modo que la cáscara del huevo queda, y el polluelo vuela. ¿Qué es esto? Yo el Omnipotente, cuando la oblación del pan y el vino sobre el altar dedicado a mi nombre fuera ofrecida en memoria del Hijo, ilustrándola maravillosamente con mi virtud y mi gloria, la transfundo en el cuerpo y la sangre de mi Unigénito. ¿Cómo? Por el mismo milagro por el que mi Hijo asumió la carne de la virgen: también esta oblación en esa consecración se hace carne y sangre de aquel. Pero la especie del pan y del vino se ve allí visible a los ojos exteriores; por dentro, sin embargo, la santidad del cuerpo y la sangre del mismo mi Hijo permanece invisiblemente. ¿Cómo? Cuando mi Hijo estaba con los hombres en el mundo, también estaba conmigo en el cielo: y ahora, permaneciendo conmigo en el cielo, también permanece con los hombres en la tierra, pero esto es espiritual y no carnal. Así también yo el Padre estoy presente a toda criatura, no alejándome de ninguna; pero tú, hombre, te alejas de mí; de modo que cuando miras en el agua, tu rostro ciertamente aparece en ella, pero de tal modo que no puedes ejercer ninguna de tus fuerzas en ella, y cuando te apartas de ella, ya no apareces en ella.

Ego autem in hujusmodi mutabilitate non appareo creaturae, sed adsum veraci ostensione, nec ab ea potestatem meam subtraho, sed in ea fortitudinem voluntatis meae secundum quod mihi placuerit exerceo. Unde etiam in sacramento corporis et sanguinis Filii mei majestatem meam veraciter demonstro; videlicet ab initio secretorum verborum sacerdotis donec ipsum mysterium a populo percipiatur, miracula mea ibi mirabiliter exercens.

Sed et hoc sacerdotale officium, a prima hora diei usque ad nonam horam a fidelibus exerceri potest, secundum quod necessitas temporis in moribus hominum invenerit, quoniam et Adam in mane surgens ad horam nonam seductus est, et quia etiam passio Filii mei in crepusculo diei inchoata, ad horam nonam consummata dignoscitur: ita quod in cruce moriens exspiravit, et morte sua mortem viriliter superavit. Ubi et Ecclesia Unigenito meo assistens, dotem suam ibi suscepit; quod et nunc a filiis ejusdem Ecclesiae celebrandum est. Hoc autem officium a sacerdotibus in sacrificio in jejunio ventris et non in repletione ejus celebrandum est, ne coagulatio escarum spirituale desiderium evacuet; quoniam prius etiam sumi debet spiritualis epulatio, et postea carnalis refectio; et quia etiam spiritus honorandus est, et caro refocillanda. Nam hoc sacramentum spirituali desiderio et non carnali cupiditate accipiendum est: et ideo in jejunio, et non super epulis percipi debet, nisi in necessitate illa, si homo in hac opinione positus est, quod de mundo transiturus sit. Sed Filius meus circa finem diei corpus et sanguinem suum discipulis suis dedit; quoniam eis verum mane vitae attulit. Et quia etiam in consummatione saeculi, morte in hominibus temporaliter transeunte, electi sicut sol in regno meo fulgebunt (Matth. XIII). Et hoc modo ipse Unigenitus meus resurrectione sua demonstravit animas justorum ab inferno se abstrahere, et genus humanum in restaurationem aeternae vitae se reducere, quam reprobi angeli perdiderunt mortem, nullo alio eis suggerente, appetentes, ita quod a nullo alio insidiatore quam a seipsis seducti sunt; cum nec gustum peccati in seipsis haberet, velut homo in fragilitate corporis sui habet. Unde et homo quando ab insidiante seductus est fragilitatem corporis habens, a sublevante etiam ad vitam reductus est, et diabolus corporalem gravedinem non habens in perversitate sua relictus est. Sed et homini vera et salubris refectio in perceptione corporis et sanguinis Filii mei data est, ut per hoc sacramentum invisibiliter in anima refocillatus surgat, et invisibili adversario suo viriliter resistat.

Yo, sin embargo, no aparezco a la criatura en tal mutabilidad, sino que estoy presente con veraz ostensión, ni retiro de ella mi potestad, sino que ejerzo en ella la fortaleza de mi voluntad según lo que me plazca. Por lo cual también en el sacramento del cuerpo y la sangre de mi Hijo demuestro verdaderamente mi majestad; a saber, desde el inicio de las palabras secretas del sacerdote hasta que el mismo misterio sea percibido por el pueblo, ejerciendo allí maravillosamente mis milagros.

Pero también este oficio sacerdotal puede ser ejercido por los fieles desde la primera hora del día hasta la hora novena, según lo que la necesidad del tiempo encuentre en las costumbres de los hombres, puesto que también Adán, surgiendo por la mañana, fue seducido a la hora novena, y porque también la pasión de mi Hijo iniciada en el crepúsculo del día, se reconoce consumada a la hora novena: de modo que muriendo en la cruz expiró, y con su muerte venció varonilmente a la muerte. Donde también la Iglesia (Ecclesia), asistiendo a mi Unigénito (Unigenitus), recibió allí su dote; lo cual también ahora ha de ser celebrado por los hijos de la misma Iglesia. Este oficio, sin embargo, ha de ser celebrado por los sacerdotes en el sacrificio en el ayuno del vientre y no en la repletura de este, no sea que la coagulación de los manjares evacue el deseo espiritual; puesto que primero debe tomarse el banquete espiritual, y después el refrigerio carnal; y porque también el espíritu ha de ser honrado y la carne reconfortada. Pues este sacramento ha de recibirse con deseo espiritual y no con cupidez carnal: y por tanto debe percibirse en ayunas, y no sobre los banquetes, a menos en aquella necesidad, si el hombre está puesto en esta opinión de que ha de pasar de este mundo. Pero mi Hijo, hacia el fin del día, dio su cuerpo y su sangre a sus discípulos; puesto que les trajo la verdadera mañana de la vida. Y porque también en la consumación del siglo, pasando la muerte temporalmente en los hombres, los elegidos brillarán como el sol en mi reino (Mat. 13). Y de este modo mi Unigénito mismo demostró con su resurrección que aparta las almas de los justos del infierno (inferne), y reduce al género humano a la restauración de la vida eterna, que los ángeles réprobos perdieron, apeteciendo la muerte sin que nadie más se lo sugiriera, de modo que por ningún otro acechador sino por ellos mismos fueron seducidos; puesto que ni siquiera tenían el gusto del pecado en sí mismos, como lo tiene el hombre en la fragilidad de su cuerpo. Por lo cual también el hombre, cuando fue seducido por el acechador teniendo fragilidad de cuerpo, fue también reducido a la vida por quien lo levantó, y el diablo, no teniendo pesadez corporal, fue dejado en su perversidad. Pero también al hombre se le dio un refrigerio verdadero y saludable en la percepción del cuerpo y la sangre de mi Hijo, para que por este sacramento, reconfortado invisiblemente en su alma, se levante y resista varonilmente a su adversario invisible.

Qui autem idem sacramentum in majori aut minori quantitate percipiunt, sic intelligant; quia et ille qui plus et ille qui minus accipit unam eamdemque vim percipiunt, quoniam hoc sacramentum non in quantitate, sed in sanctitate est, ut percipientes secundum fidem ipsorum salvat, ut de manna sic scriptum est: Feceruntque ita filii Israel, et collegerunt, alius plus alius minus, et mensi sunt ad mensuram gomor. Nec qui plus collegerat habuit amplius: nec qui minus paraverat reperit minus, sed singuli juxta id quod edere poterant, congregaverunt (Exod. XVI). Quid hoc? Supernum sacramentum juxta id quod eis praeceptum est attendunt filii electionis; qui Deum ardenter videre desiderant, et colligunt illud in cordibus suis, secundum doctrinam principalium magistrorum suorum: et secundum id quod ab eis didicerunt scrutantur illud in animabus suis, alius plus devotionis; et alius minus intentionis in secreto cordis sui habens. Unde et cum aestimatione sua metiuntur: secundum id quod in animabus suis sentiunt, discernentes fidem quam in Deum habent, nec eam dividentes, sed ipsam integram habentes, et quanta et quali devotione corpus et sanguinem redemptionis sui percipiant considerantes. Sed idem sacramentum non erit huic sanctius qui plus ex eo perceperit, nec illi contractius qui minus ex eo sumpserit; sed secundum fidem ejus qui illud percipit, ita et eum illuminabit. Quapropter, o homo, in magnitudine percipiendum non est; quia fortissimus Deus tam in parva, quam in magna oblatione hujus mysterii est, et ideo qui illud percipiunt, solum hoc attendant, quod trinum et unum Deum firma et integra fide in corde suo habeant. Et sic quisque fidelis sincero et recto corde secundum id quod possibilitas fidei in ipso exposcit, vires animae suae congregat, cavens ne altius aut profundius divinitatem scrutetur quam sensu aut cogitatione sua capere potest, sed sobrie ut in Spiritu sancto edoctus est; timori Domini subjectus sit, quoniam homo pauper cinis est. Sed vos, o stulti homines, nolite dubitare an sacramentum istud quod hoc modo vobis demonstratum est, corpus et sanguis Filii mei sit. Recordamini ergo unde Adae carnem et sanguinem creaverit, videlicet de limo terrae. Quid ergo vobis videtur? An possibilius est mihi de oblatione ista facere carnem et sanguinem Filii mei, an de limo terrae facere hominem? Sed vir semen de sanguine suo fundit, et femina suscipit illud. Et quid tunc amplius addunt? Nihil omnino aut in creatione aut in carne infantuli. Quis ergo format hominem in carne et in ossibus, ac in medullis, et in pulchra facie ejus, nisi ego Pater omnium? Sed pater et mater non habent illam potestatem facere aut creare infantulum, nisi quod tantum in ardente libidine sanguinem suum excutiunt, et postea nullam potestatem in ea formandi habent. Nunquid videre potestis quomodo haec fiant, nisi quod ea cernitis in formis suis? Tu autem, o homo, dicis: Ego non video hanc oblationem carnem esse et sanguinem, ut hominem corpus et sanguinem esse cerno.

Quienes sin embargo perciben el mismo sacramento en mayor o menor cantidad, entiéndanlo así: porque tanto el que recibe más como el que recibe menos perciben una misma fuerza, puesto que este sacramento no está en la cantidad sino en la santidad, de modo que salva a los que lo perciben según la fe de ellos, como del maná está escrito así: "E hicieron así los hijos de Israel (filii Israel), y recogieron unos más y otros menos, y midieron con la medida de un gomer (gomor). Ni el que había recogido más tuvo de más, ni el que había preparado menos encontró de menos, sino que cada uno congregó según lo que podía comer" (Éxodo 16). ¿Qué es esto? Al sacramento soberano atienden los hijos de la elección según lo que les ha sido preceptuado; quienes desean ardientemente ver a Dios, y lo recogen en sus corazones según la doctrina de sus principales maestros: y según lo que de ellos aprendieron lo escudriñan en sus almas, teniendo uno más de devoción y otro menos de intención en el secreto de su corazón. Por lo cual también miden con su estimación: según lo que sienten en sus almas, discerniendo la fe que tienen en Dios, ni dividiéndola sino teniéndola íntegra, y considerando con cuánta y con qué tipo de devoción perciben el cuerpo y la sangre de su redención. Pero el mismo sacramento no será más santo para este que más haya percibido de él, ni más contraído para aquel que menos haya tomado de él; sino que según la fe de quien lo percibe, así también lo iluminará. Por lo cual, oh hombre, no ha de percibirse en la magnitud; porque el fortísimo Dios tanto está en la pequeña como en la gran oblación de este misterio, y por tanto quienes lo perciben atiendan solo a esto: que tengan al Dios trino y uno con firme e íntegra fe en su corazón. Y así cada fiel con sincero y recto corazón según lo que la posibilidad de la fe en él exige, congrega las fuerzas de su alma, guardándose de escudriñar la divinidad más alto o más profundo de lo que puede captar con su sentido o pensamiento, sino que esté sujeto al temor del Señor (timori Domini) sobriamente como ha sido instruido en el Espíritu Santo; puesto que el hombre es pobre ceniza (pauper cinis). Pero vosotros, oh hombres estultos, no dudéis de si este sacramento que de este modo se os ha mostrado, sea el cuerpo y la sangre de mi Hijo. Recordad por tanto de dónde creé la carne y la sangre de Adán, a saber, del limo de la tierra. ¿Qué os parece por tanto? ¿Es más posible para mí hacer de esta oblación la carne y la sangre de mi Hijo, o del limo de la tierra hacer al hombre? Pero el varón derrama el semen de su sangre, y la mujer lo recibe. ¿Y qué más añaden entonces? Nada en absoluto ni en la creación ni en la carne del infante. ¿Quién por tanto forma al hombre en la carne y en los huesos, y en las médulas, y en su hermosa faz, sino yo, Padre de todos? Pero el padre y la madre no tienen aquella potestad de hacer o crear al infante, sino que solo en la ardiente libido sacuden su sangre, y después ninguna potestad tienen de formar en ella. ¿Acaso podéis ver cómo se hacen estas cosas, sino que las veis en sus formas? Tú sin embargo, oh hombre, dices: Yo no veo que esta oblación sea carne y sangre, como veo que el hombre es cuerpo y sangre.

Ad quod tibi respondeo: Vos vidistis Filium meum in corpore et in sanguine, mortalem in terra: qui nunc immortalis in coelo est, et ideo corporalibus oculis eum modo videre non potestis, nec etiam quomodo caro et sanguis ejus in altari consecretur; quod sacramentum, propter gloriam sacerdotis ibi non fit, sed propter gloriam Unigeniti mei, qui hoc officium cum discipulis suis in coena sua peregit. Sed ut me in claritate mea quandiu mortales estis videre non valetis: sic etiam nec carnem nec sanguinem Filii mei carnalibus oculis vestris carnaliter videtis, secundum quod ea quae invisibilia sunt perspicere non potestis, sed secundum hoc quod mortalis obtutus vester ea quam visibilia sunt visibiliter capere valet.

Hoc autem sacramentum in triplici materia mihi offerendum est. Quomodo? In pane, et vino, et aqua, ob honorem Trinitatis. Unde si de his tribus aliquid defuerit; tunc ibi Trinitas veraciter non colitur, quoniam in vino intelligitur Pater, in pane Filius, et in aqua Spiritus sanctus; ita qui vinum sine pane et sine aqua offert, Patrem colit, sed Filium et Spiritum sanctum negat; aut qui panem sine vino et sine aqua dat, Filium habet, sed Patrem et Spiritum sanctum abjicit; aut qui aqua sine vino et sine pane utitur, Spiritum sanctum attendit, sed Patrem et Filium recusat; aut qui vinum et panem sine aqua dat, Patrem et Filium habet, sed Spiritum sanctum abnuit; aut qui vinum et aquam sine pane offert, Patrem et Spiritum sanctum colit, sed Filium negat; aut qui pane et aqua sine vino utitur, Filium et Spiritum sanctum attendit, sed Patrem recusat. Ergo in hoc sacramento divisio non fiat; quia et ego individuus manens, in tribus personis unus Deus inseparabilis sum, sicut et cogitatio, voluntas et opus in uno homine sunt: sine quibus homo non est. Quod si in isto sacrificio defectus fuerit, ita quod ibi aut panis, aut vinum aut aqua negligitur, vere tunc ille ex cujus negligentia hoc evenit, gravi vindictae subjacebit. Nam si hoc scienter per negligentiam teporis, seu infideliter per dubietatem incredulitatis actum est, illum qui huic reatui subjacet ab oculis meis ejiciam, nisi ipse gravi poenitentia ad se reversus, se ipsum pro hoc graviter poenitendo puniat; vel si hoc ignoranter per negligentiam oblivionis evenit, tunc ille qui in hoc reus est, de hac culpa sua in correctione poenitentiae mihi responsurus est; quoniam acute non pro pexit si haec omnia adessent quae ad sacrificium meum pertinebant. Cum enim Filius meus in cruce pependit, ibi nihil salvationis defuit, quia per effusum sanguinem suum salvationem animarum hominibus attulit, unde nec in hoc mysterio quidquam deesse debet. Nam sacramentum hoc, sacratissima sanctificatio in omni sanctitate est, et propterea caro ista et sanguis iste omni fide et devotione accipiendus est.

Quicunque hanc sacratissimam carnem accipit, et sanguinem ejusdem mysterii sumere non recuset, quoniam Filius meus supra omnia est mundus, et speculum in virtutibus,

A lo cual te respondo: Vosotros visteis a mi Hijo en cuerpo y en sangre, mortal en la tierra: quien ahora es inmortal en el cielo, y por tanto no podéis verlo ahora con los ojos corporales, ni tampoco cómo se consagra su carne y su sangre en el altar; el cual sacramento, por la gloria del sacerdote no se hace allí, sino por la gloria de mi Unigénito (Unigenitus), quien realizó este oficio con sus discípulos en su cena. Pero como no podéis verme en mi claridad mientras seáis mortales: así tampoco veis ni la carne ni la sangre de mi Hijo carnalmente con vuestros ojos carnales, según que no podéis percibir las cosas que son invisibles, sino según esto: que vuestro mortal vistazo puede captar visiblemente las cosas que son visibles.

Este sacramento debe ser ofrecido a mí en una triple materia. ¿Cómo? En pan, y vino, y agua, por el honor de la Trinidad. Por lo cual, si algo de estos tres faltara; entonces allí la Trinidad no es verdaderamente cultivada, ya que en el vino se entiende al Padre, en el pan al Hijo, y en el agua al Espíritu Santo; así, el que ofrece vino sin pan y sin agua, cultiva al Padre, pero niega al Hijo y al Espíritu Santo; o el que da pan sin vino y sin agua, tiene al Hijo, pero arroja al Padre y al Espíritu Santo; o el que usa agua sin vino y sin pan, atiende al Espíritu Santo, pero rechaza al Padre y al Hijo; o el que da vino y pan sin agua, tiene al Padre y al Hijo, pero rechaza al Espíritu Santo; o el que ofrece vino y agua sin pan, cultiva al Padre y al Espíritu Santo, pero niega al Hijo; o el que usa pan y agua sin vino, atiende al Hijo y al Espíritu Santo, pero rechaza al Padre. Por lo tanto, no se haga división en este sacramento; porque yo también, permaneciendo individuo, soy un solo Dios inseparable en tres personas, así como el pensamiento, la voluntad y la obra están en un solo hombre: sin los cuales no hay hombre. Pero si hubiera un defecto en ese sacrificio, de modo que allí se descuidara o el pan, o el vino o el agua, verdaderamente entonces aquel por cuya negligencia esto sucedió, quedará sujeto a una grave venganza. Pues si esto se hizo a sabiendas por la negligencia de la tibieza, o infielmente por la duda de la incredulidad, arrojaré de mis ojos a aquel que esté sujeto a este reato, a menos que él mismo, vuelto a sí por una grave penitencia, se castigue a sí mismo arrepintiéndose gravemente por esto; o si esto sucedió ignorantemente por la negligencia del olvido, entonces el que es reo en esto, ha de responderme por esta culpa suya en la corrección de la penitencia; ya que no previó agudamente si estaban presentes todas estas cosas que pertenecían a mi sacrificio. Pues cuando mi Hijo colgó en la cruz, allí nada de la salvación faltó, porque por su sangre derramada trajo la salvación de las almas a los hombres, por lo cual tampoco en este misterio debe faltar nada. Pues este sacramento es la sacratísima santificación en toda santidad, y por tanto aquella carne y aquella sangre deben ser recibidas con toda fe y devoción.

Cualquiera que recibe esta sacratísima carne, no rehúse también tomar la sangre del mismo misterio, ya que mi Hijo es limpio sobre todas las cosas, y espejo en las virtudes,

ac ideo nobilissimus sanguis ejus est accipiendus, nisi prae simplicitate accipientis sacerdos timeat periculum effusionis, et tunc illo accepturo fiat secundum simplicitatem infantium, quibus esca panis conceditur, et potus vini denegatur, ita et isti haec sacrosancta caro tribuatur: et fluens sanguis subtrahatur, ne majus periculum inde oriatur, et quia etiam illa sacrosancta caro sanguini suo et sanguis ille carni suae in una sanctitate conjunctus est. Quod si homo ille hujus discretionis est, quod possit mysterium custodire, tunc cum ei illa sancta caro ad comedendum datur, tunc et sanguis ejusdem carnis ipsi ad potandum datur. Sacerdos autem qui hoc sacramentum celebrat, diligenter iis indumentis quibus antiqui Patres edocti per Spiritum sanctum ad idem officium indui constituerunt, vestitus sit, et accuratissime verba illa quae Spiritus sanctus eisdem Patribus ad celebrationem hujus mysterii inspiravit attendat: sollicite cavens ne quidquam in eis omittat, devotissime etiam inspiciens, ne exemplum hoc transcendat, ubi Filius meus panem et calicem accepit, et discipulis suis ad manducandum et ad bibendum dedit. Sed qui in indumentis aut in verbis ad hoc officium pertinentibus quidquam per negligentiam oblivionis ignoranter deliquerit, gravi et salubri poenitentia corripiendus est. Attamen misericordiam meam quaerens inveniet, quia transgressionem istam non in voluntate aut in malitia cordis sui perpetravit. Qui vero id scienter aut per indevotionem voluntatis suae, aut per nequitiam cordis sui in eisdem sacramentis transgressus fuerit, huic offensus dicam: Serve nequam, cur non eras sacerdotali veste recte indutus, ut in Spiritu sancto tibi instituerunt antiqui majores magistri tui, in significatione spiritualis officii ut mihi semper ministrant angeli mei? Et cur etiam neglexisti modum verborum illorum quae tibi in Spiritu sancto tradiderunt iidem Patres tui in consecratione corporis et sanguinis Filii mei, ad salutem et gloriam generis humani? Unde qui in hoc reatu culpabilis est, inde mihi responsurus est, si non gravi afflictione poenitendo seipsum punierit. Sed sacerdos qui epulas istas ad altare meum offert, inde jejunus his epulis non recedat, sed refectionem animae suae in corpore et in sanguine Filii mei percipiat. Quod si novit gravioribus oneribus se gravatum et his epulis indignum, tunc non praesumat ad mensam meam accedere, nec illotus a fetore criminum suorum Filium meum tangere, ut illi et mensam et gloriam nativitatis suae contaminaverunt, qui caput lucentis lucernae crudeliter absciderunt. Quapropter et iste qui ita contaminatus est, varietatem pestis suae summo sacerdoti, scilicet Filio meo ostendat, et etiam coram alio mortali sacerdote se accuset, qui sibi remedium consolationis cum poenitentia demonstret, et sic demum ad officium suum purifactus accedat.

y por tanto su nobilísima sangre ha de ser recibida, a menos que por la simplicidad del que recibe el sacerdote tema el peligro de efusión, y entonces para aquel que ha de recibir hágase según la simplicidad de los infantes, a quienes se concede el alimento del pan, y se les deniega la bebida del vino, así también a este se le atribuya esta sacrosanta carne: y la sangre fluyente le sea sustraída, no sea que de ahí surja un peligro mayor, y porque también aquella sacrosanta carne está conjunta a su sangre y aquella sangre a su carne en una sola santidad. Pero si aquel hombre es de esta discreción, que pueda custodiar el misterio, entonces cuando se le da aquella santa carne para comer, entonces también se le da la sangre de la misma carne para beber. El sacerdote, sin embargo, que celebra este sacramento, esté cuidadosamente vestido con aquellas vestiduras con las que los antiguos Padres, enseñados por el Espíritu Santo, constituyeron que se vistiera para el mismo oficio, y atienda con la mayor exactitud a aquellas palabras que el Espíritu Santo inspiró a los mismos Padres para la celebración de este misterio: cuidando solícitamente de no omitir nada en ellas, e inspeccionando también con mucha devoción, para no trascender este ejemplo, donde mi Hijo tomó el pan y el cáliz, y dio a sus discípulos para comer y para beber. Pero el que en las vestiduras o en las palabras pertenecientes a este oficio hubiera delinquido ignorantemente en algo por la negligencia del olvido, ha de ser corregido con una grave y saludable penitencia. No obstante, buscando mi misericordia la hallará, porque no perpetró aquella transgresión por voluntad o por malicia de su corazón. Pero el que a sabiendas, ya sea por la falta de devoción de su voluntad, o por la iniquidad de su corazón, hubiera transgredido en los mismos sacramentos, a este ofendido le diré: Siervo inicuo, ¿por qué no estabas rectamente vestido con la veste sacerdotal, como te instituyeron en el Espíritu Santo los antiguos mayores maestros tuyos, en la significación del oficio espiritual como mis ángeles siempre me ministran? ¿Y por qué también descuidaste el modo de aquellas palabras que en el Espíritu Santo te entregaron los mismos Padres tuyos en la consagración del cuerpo y de la sangre de mi Hijo, para la salvación y gloria del género humano? Por lo cual, el que en este reato es culpable, ha de responderme de ello, si no se hubiera castigo a sí mismo arrepintiéndose con grave aflicción. Pero el sacerdote que ofrece estos banquetes en mi altar, no se retire de estos banquetes en ayunas, sino que perciba la refección de su alma en el cuerpo y en la sangre de mi Hijo. Pero si sabe que está gravado con cargas más pesadas y es indigno de estos banquetes, entonces no presuma acceder a mi mesa, ni toque a mi Hijo sin lavar del hedor de sus crímenes, como contaminaron tanto la mesa como la gloria de su natividad aquellos que cruelmente cortaron la cabeza de la lámpara luciente. Por lo cual también este que así está contaminado, muestre la variedad de su peste al sumo sacerdote, a saber, mi Hijo, y también acúsese ante otro sacerdote mortal, quien le muestre el remedio de la consolación con la penitencia, y así finalmente acceda a su oficio purificado.

Sed ego Pater omnium, secretam dispositionem sacratissimi colloquii per quod me sacerdos ad altare invocare debet; in multis et in magnis sermonibus esse nolo, sed in recta ordinatione priorum magistrorum, quos donum sancti Spiritus in recta admonitione me invocare edocuit, et hoc in multiplicitate stultae sapientiae esse non debet, sed in simplicitate cordis; quia in multiloquio non delector, sed in puritate cordis illorum, qui me devote quaerunt, et qui me in ardore charitatis benigne amplectuntur. Alias enim electis meis cum me quaerunt gratiam meam secundum vicissitudinem donorum Spiritus sancti impendo: in hoc autem sacramento me totum ipsis ostendo, quoniam Filius meus in me et ego in ipso, et Spiritus sanctus in nobis et nos in ipso et unum in divinitate sumus, sicut et corpus et alia et vires illius unus vivens homo est. Unde qui ad hoc sacramentum accedit, caveat ne ita veniat ut gloriam Divinitatis offendere possit. Sed tu; o homo, dum caeteri homines ad percipiendum ipsum sacramentum ad sacerdotem accedunt, quinque modos in eis consideras, quia illi qui perceptionem divini mysterii a sacerdote suo accipere desiderant, quinque sensus corporis sui a faece peccatorum suorum emundet, et eos a subripiente immunditia, digne et laudabiliter custodiat, ut tanto salubrius idem percipiant. Quapropter etiam ex iis qui ad ipsum sacramentum ut vides accedunt, alii in corpore lucidi et in anima ignei sunt, quoniam ipsi claritatem fidei ad ipsum sacramentum habentes, non dubitant quin verum corpus et verus sanguis Filii mei sit, et ideo dum illud hac fide percipiunt in carne sua vegetantur et sanctificantur, ita ut per hoc mysterium sanctificati, post resurrectionem in eodem corpore suo appareant in coelo, atque in anima sua igneo dono Spiritus sancti transfunduntur et accenduntur; quatenus hac illustratione perfusi, terrena respuant et coelestia desiderent. Quomodo? Quia ut a vento ignis incendium excitatur, sic et isti per sacramentum hoc ut in superno amore ardeant, imbuuntur. Sed alii in corpore pallidi et in anima tenebrosi videntur, quia tepidi in fide, firmam fidem ad idem sacramentum non habent, sed duri sunt sapientiam intelligere, veluti puer cujus opera in stultitia sunt. Nam foris in auditu auris audiunt, et in tarditate cordis sui ea quae ipsis de ipso sacramento dicuntur non sapiunt, ita quod illa libenter in fide perfecte comprehenderent, sed tamen prae dubietate quae in ipsis est non possunt intueri, quanta sanctitas in illo sit.

Pero yo, Padre de todos, no quiero que la secreta disposición del sacratísimo coloquio por el cual el sacerdote debe invocarme en el altar sea en muchos y en grandes discursos, sino en la recta ordenación de los primeros maestros, a quienes el don del Espíritu Santo enseñó a invocarme en recta admonición, y esto no debe ser en la multiplicidad de la necia sabiduría, sino en la simplicidad del corazón; porque no me deleito en el mucho hablar, sino en la pureza del corazón de aquellos que me buscan devotamente, y que me abrazan benignamente en el ardor de la caridad. Pues de otro modo, a mis electos cuando me buscan les impendo mi gracia según la vicisitud de los dones del Espíritu Santo: pero en este sacramento me muestro todo a ellos, ya que mi Hijo está en mí y yo en él, y el Espíritu Santo en nosotros y nosotros en él y somos uno en la divinidad, así como el cuerpo y las alas y las fuerzas de aquel son un solo hombre vivo. Por lo cual, el que accede a este sacramento, cuide de no venir de tal modo que pueda ofender la gloria de la Divinidad. Pero tú, oh hombre, mientras los demás hombres acceden al sacerdote para percibir el sacramento mismo, consideras en ellos cinco modos, porque aquellos que desean recibir la percepción del divino misterio de su sacerdote, limpien los cinco sentidos de su cuerpo de la hez de sus pecados, y custódienlos digna y laudablemente de la inmundicia que se desliza, para que tanto más saludablemente perciban lo mismo. Por lo cual también de aquellos que acceden al sacramento mismo como ves, algunos son lúcidos en el cuerpo e ígneos en el alma, ya que ellos, teniendo la claridad de la fe hacia el sacramento mismo, no dudan de que sea el verdadero cuerpo y la verdadera sangre de mi Hijo, y por tanto mientras lo perciben con esta fe son vegetados y santificados en su carne, de modo que santificados por este misterio, aparezcan en el cielo en el mismo cuerpo suyo después de la resurrección, y en su alma son transfundidos y encendidos por el don ígneo del Espíritu Santo; para que empapados por esta ilustración, repudien lo terrenal y deseen lo celestial. ¿Cómo? Porque así como por el viento se excita el incendio del fuego, así también estos son imbuidos por este sacramento para que ardan en el amor superno. Pero otros parecen pálidos en el cuerpo y tenebrosos en el alma, porque tibios en la fe, no tienen una fe firme hacia el mismo sacramento, sino que son duros para entender la sabiduría, como un niño cuyas obras están en la necedad. Pues fuera, en el oído de la oreja oyen, y en la tardanza de su corazón no saborean aquellas cosas que se les dicen sobre el sacramento mismo, de modo que de buena gana las comprenderían perfectamente en la fe, pero sin embargo por la duda que hay en ellos no pueden contemplar cuánta santidad hay en él.

Unde et in interiori homine tenebris circumdati sunt, quoniam mentem suam sursum ad perfectionem illam elevare non valent, quia in peccatis concepti, prae pendere corporalis fragilitatis ad perfectionem credulitatis illius graves sunt, spiritui tamen plus consentientes ita quod fidem libenter intelligerent si prae tepore cordis sui possent. Qui enim majoribus oneribus peccatorum in operibus suis nondum sunt gravati, hos quamvis veluti invitos spiritui consentire oportet, quoniam anima majorem potestatem adhuc habens, quia nondum in peccatis interempta est, corpus voluntati suae subjicit. Nam haec sunt certamina quae sunt inter corpus et animam; quia anima corpori vult dominari, quoniam ipsi contrarium est quod caro in concupiscentia sua habet quod peccatum est, et corpus dedignatur justitiam quae in desiderio animae est quia ipsa vitam diligit. Quid hoc? Quod mortuum est, mortuum appetit, et quod vivit, vivens diligit. Quomodo? Caro amat peccatum, et anima diligit justitiam, et in hoc sibi adversantur, et raro sibi consentiunt. Sed ut puer sine labore et sine intellectu sensus sui pascitur et saturatur: ita et isti homines hoc sacramento quasi per ignorantiam vivificantur, quoniam illud nec per infantiam nec per contumaciam dedignantur; sed tantum simplici animo amplectuntur.

Quidam vero in corpore hirsuti in anima multa immunditia humanae pollutionis perfusi sordent, quoniam isti in carne sua turpes et impudici sine pudore existentes, et faece vitiorum se polluentes; ut porcus luto se involvit, hoc modo animam suam diversa sorde peccatorum humanae contagionis inficiendo contaminant. Et cum ipsi in his vitiis sordentes ad sacramentum corporis et sanguinis Filii mei ita illoti accedere non verentur, gravi examinatione pro hac praesumptione sua emundandi sunt. In qua tamen purgatione misericordiam meam eis non denego, quia in mentibus eorum dignam poenitentia assurgere praevideo. Alii autem in corpore acutissimis spinis septi sunt, et in anima leprosi apparent; quia in corde suo ira, odio et invidia circumdati, lenitatem, dulcedinem, et charitatem his spinis iniquitatis a se expellunt, unde ita mala appetentes, et bona deserentes, atque in irrisione caeteros homines contumelia afficientes, animam suam velut pessimis ulceribus immundam reddunt. Qui cum hoc modo ad divinum mysterium accedunt, seipsos graviter laedunt, sed tamen oculos meos ad eos converto, cum se in amaritudine punientes, gratiam meam poenitendo postmodum requirunt. Quidam vero in corpore sanguinei et in anima velut putridum cadaver fetidi videntur; quoniam ipsi cruenta manu divisionem in hominibus facientes, animam suam quasi putrescente tabe crudelissimae perversitatis, fetidam reddunt, quia timorem meum non inspicientes, hoc quod in homine constitui sua crudelitate destituunt.

Por lo cual también en el hombre interior están rodeados de tinieblas, ya que no pueden elevar su mente arriba hacia aquella perfección, porque concebidos en pecados, son pesados por la propensión de la fragilidad corporal hacia la perfección de aquella credulidad, consintiendo sin embargo más al espíritu de modo que de buena gana entenderían la fe si pudieran por la tibieza de su corazón. Pues a los que todavía no están gravados con cargas mayores de pecados en sus obras, a estos, aunque como invitados a la fuerza, les conviene consentir al espíritu, ya que el alma teniendo todavía mayor potestad, porque todavía no ha sido aniquilada en los pecados, sujeta el cuerpo a su voluntad. Pues estas son las luchas que hay entre el cuerpo y el alma; porque el alma quiere dominar al cuerpo, ya que le es contrario lo que la carne tiene en su concupiscencia que es pecado, y el cuerpo desdeña la justicia que está en el deseo del alma porque ella ama la vida. ¿Qué es esto? Lo que está muerto, apetece lo muerto, y lo que vive, ama lo viviente. ¿Cómo? La carne ama el pecado, y el alma ama la justicia, y en esto se adversan, y raramente se consienten. Pero como el niño es alimentado y saciado sin trabajo y sin el intelecto de su sentido: así también estos hombres son vivificados por este sacramento como por ignorancia, ya que no lo desdeñan ni por infancia ni por contumacia; sino que solo lo abrazan con ánimo simple.

Pero ciertos son velludos en el cuerpo y en el alma están sucios, empapados de mucha inmundicia de la polución humana, ya que estos, existiendo en su carne como torpes e impúdicos sin vergüenza, y polucionándose con la hez de los vicios; como el puerco se revuelca en el lodo, de este modo contaminan su alma infectándola con la diversa suciedad de los pecados del contagio humano. Y cuando ellos, estando sucios en estos vicios, no temen acceder al sacramento del cuerpo y de la sangre de mi Hijo así sin lavar, han de ser limpiados con un grave examen por esta presunción suya. En la cual purgación, no obstante, no les deniego mi misericordia, porque preveo que en sus mentes surge una digna penitencia. Pero otros en el cuerpo están cercados de agudísimas espinas, y en el alma aparecen leprosos; porque en su corazón, rodeados de ira, odio e invidia, expelen de sí la lentitud, la dulzura y la caridad con estas espinas de iniquidad, por lo cual, apeteciendo así las cosas malas y desertando las buenas, y afectando a los demás hombres con contumelia en la irrisión, vuelven su alma inmunda como con las peores úlceras. Quienes, cuando acceden al divino misterio de este modo, se dañan gravemente a sí mismos, pero sin embargo vuelvo mis ojos hacia ellos, cuando castigándose en la amargura, buscan después mi gracia arrepintiéndose. Pero ciertos parecen sanguíneos en el cuerpo y en el alma hediondos como un cadáver podrido; ya que ellos, haciendo división entre los hombres con mano cruenta, vuelven su alma hedionda, como con la podre putrefacta de la más cruel perversidad, porque no mirando mi temor, destituyen por su crueldad aquello que constituí en el hombre.

Unde, si ipsi hac contaminatione coinquinati corpus et sanguinem Filii mei percipere non timent, seipsos gravi laesione dejiciunt, quoniam ita illoti sacramentum hoc contingere praesumunt, sed tamen fons salvationis eos postmodum pertransibit, si digna poenitentia seipsos ab hac nequitia sua lavare studuerint.

Sed ex his omnibus dum quidam eadem sacramenta percipiunt, alii velut igneo splendore perfundunt, alii vero obscura nube obtenebrantur, quia dum credentes ad mysterium corporis et sanguinis Filii mei accedere satagunt, tunc ii qui illud devota mente et pura fide in bonis operibus fulgentes percipiunt, dono Spiritus sancti tam ad salutem corporis quam animae suae illustrantur, et illi qui illud contrario corde et vacillante animo in perversis actibus torpentes sumunt, obscuritatem praesumptivae infelicitatis ad detrimentum sui, et exterius et interius sibi ipsis inducunt, quoniam huic sanctitati illoti temere se conjungere praesumpserunt. Nam homo qui tam rebellis et contumax est quod non timet se polluere, aut simplici fornicatione in visceribus proprii corporis sui tactu et delectatione, aut se contaminare duplici fornicatione educens semen suum cum viro aut cum muliere, aut se discerpere ira, odio et invidia cum caeteris hominibus, aut se cruentare homicidio in sibi occursantibus, et ita illotus et incorrectus temere praesumit accedere ad corpus et sanguinem Filii mei sine purgatione confessionis, et sine poenitentia correctionis, ille scienter et intelligenter judicialem ignem culpa sua ingreditur. Quomodo? De hac praesumptione et peccato suo ut aurum in fornace examinabitur, ita quod nullus pulvis hujus praesumptionis in eo relinquetur, qua pollutus et incorrectus ad communionem innocentis Agni accessit. Qui enim ita illotus ut dictum est ad sanctificationem corporis et sanguinis Filii mei accesserit, et ita sacramentum illud sumpserit, ad judicium sibi hoc sumit. Quomodo? Sicut Paulus amantissimus meus dicit: Ita quicunque manducaverit panem vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini. Probet autem se ipsum homo, et sic de pane illo edat et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne judicium sibi manducat et bibit, non dijudicans corpus Domini. Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles, et dormiunt multi (I Cor. XI). Quid hoc? Vere dico vobis: Qui comederit panem vitae, vel qui sumpserit poculum salutis quod sacramentum illius est qui Dominus coeli et terrae est, ita quod hoc indigne tractet sordens scilicet in peccatis, in hoc culpam suam sentiet.

Por lo cual, si ellos, manchados por esta contaminación, no temen percibir el cuerpo y la sangre de mi Hijo, se derriban a sí mismos con grave lesión, ya que así sin lavar presumen tocar este sacramento; pero no obstante, la fuente de la salvación los atravesará después, si se hubieran esmerado en lavarse de esta iniquidad suya con una digna penitencia.

Pero de todos estos, mientras ciertos perciben los mismos sacramentos, algunos son empapados como con un esplendor ígneo, pero otros son oscurecidos por una nube oscura, porque mientras los creyentes se esmeran en acceder al misterio del cuerpo y de la sangre de mi Hijo, entonces aquellos que lo perciben con mente devota y fe pura, brillando en las buenas obras, son ilustrados por el don del Espíritu Santo tanto para la salvación de su cuerpo como de su alma; y aquellos que lo toman con corazón contrario y ánimo vacilante, torpes en actos perversos, inducen sobre sí la oscuridad de la infelicidad presuntiva para detrimento de sí mismos, tanto exterior como interiormente, ya que se han atrevido temerariamente a unirse sin lavar a esta santidad. Pues el hombre que es tan rebelde y contumaz que no teme polucionarse, ya sea por simple fornicación en las vísceras de su propio cuerpo por el tacto y la delectación, o contaminarse por doble fornicación emitiendo su semen con hombre o con mujer, o desgarrarse por la ira, el odio y la envidia con los demás hombres, o ensangrentarse por el homicidio en los que le salen al paso, y así sin lavar e incorrecto presume temerariamente acceder al cuerpo y a la sangre de mi Hijo sin la purga de la confesión, y sin la penitencia de la corrección, él a sabiendas e inteligentemente entra en el fuego judicial por su propia culpa. ¿Cómo? De esta presunción y de su pecado será examinado como el oro en el horno, de modo que no quedará en él ningún polvo de esta presunción, con la cual polucionado e incorrecto accedió a la comunión del Cordero inocente. Pues aquel que así sin lavar, como se ha dicho, hubiera accedido a la santificación del cuerpo y de la sangre de mi Hijo, y así hubiera tomado aquel sacramento, para su juicio se lo toma. ¿Cómo? Como dice mi amadísimo Pablo: Así, cualquiera que comiere el pan o bebiere el cáliz del Señor indignamente, será reo del cuerpo y de la sangre del Señor. Pruébese, pues, a sí mismo el hombre, y así coma de aquel pan y beba del cáliz. Porque el que come y bebe indignamente, juicio para sí come y bebe, no discerniendo el cuerpo del Señor. Por esto entre vosotros hay muchos enfermos y debilitados, y muchos duermen (I Cor. XI). ¿Qué es esto? Verdaderamente os digo: El que comiere el pan de la vida, o el que tomare el cáliz de la salud, que es sacramento de aquel que es el Señor del cielo y de la tierra, de modo que trate esto indignamente estando sucio, a saber, en los pecados, en esto sentirá su culpa.

Quomodo? Quia corpus et sanguinem Domini sui id est Salvatoris mundi, mordaciter et moribunde accipit, cum pronus ad malum et pollutus immunditia, et oblitus timoris Domini, ita contaminatus palatium salutiferae redemptionis aggreditur. Unde et homicidium ibi facit. Quomodo? Quoniam in multis vulneribus se ipsum confodit, cum sine detersione et sine lavatione poenitentiae crimina sua celans, sacramentum hoc temere tractat. Quapropter et ego illi dico: O miserrime et amarissime, quomodo audebas in lacum tantae miseriae Dominum tuum mittere, quem semper desiderant coelestes cives inspicere. Unde amara poenitentia in corpore et in anima tua examinaberis: ita ut si reatum tuum non correxeris, post resurrectionem mortuorum correptio ista in te inveniatur.

Et ideo fideli inspectione probet seipsum homo ille qui hic purgator sui esse voluerit, et sic hac devotione considerationis suae de pane illo sanctitatis accipiat, et de poculo illo suavitatis gustet, ut ita ad indeficientem refectionem perveniens esuriem debilitatis animae effugiat. Nam qui hoc sacramentum male tractaverit, et a sorde iniquitatis se non purgans illud indigne sumpserit, judicium ultionis sibi imponit, quia illud impurgatus manducat et bibit; non tamen in hac praesumptione sua laedere aut offuscare mysterium praevalens, sed seipsum condemnans. Et quia in vitiis sordentes ita ad sacramentum hoc accedere praesumitis, ideo sunt in vestro consortio multi infirmi, scilicet illi qui sanctitate ista medicinam animae quaerere nolunt, sed qui sibi ipsis amarissimam infirmitatem in eisdem sacramentis imponunt, quoniam ea sibi ad judicium sumunt. Et etiam multi imbecilles, videlicet illi qui in lege Dei ita debiles sunt, quae nullo modo inspicere volunt, quis ille sit quem tam indigne suscipiunt. Quid hoc? Quia nolunt considerare quomodo Dominum suum timere et venerari debeant, aut quomodo amara poenitentia carnem suam puniant, quam ita in vitiis enutrierunt. Sed quoniam ita negligentes sunt, idcirco etiam in oblivione hujus negligentiae obdormiunt multi nescientes nec scire volentes quomodo peccata sua deflere debeant, velut homo cum in dormitione somni est, nescit nec intelligit quid vel quomodo in corpore suo sit. Unde tu, homo, cum nec in confessionibus, nec in poenitentia per te purgatus, corpus et sanguinem Filii mei illotus accipis, tunc in tremenda exquisitione de hac praesumptione sordis peccatorum tuorum ita examinaberis, ut et mustum de immunditia illa quam in se habet purgatur, cum eam in fervore suo ab se ejicit.

¿Cómo? Porque recibe el cuerpo y la sangre de su Señor, esto es, del Salvador del mundo, mordaz y mortalmente, cuando propenso al mal y polucionado por la inmundicia, y olvidado del temor del Señor, así contaminado entra en el palacio de la redención salutífera. Por lo cual también allí comete homicidio. ¿Cómo? Ya que en muchas heridas se apuñala a sí mismo, cuando sin la limpieza y sin el lavatorio de la penitencia, ocultando sus crímenes, trata temerariamente este sacramento. Por lo cual también yo le digo: Oh misérrimo y amarguísimo, ¿cómo osabas enviar a tu Señor a un lago de tanta miseria, a quien siempre desean contemplar los ciudadanos celestiales? Por lo cual, con amarga penitencia serás examinado en tu cuerpo y en tu alma: de modo que si no hubieras corregido tu reato, después de la resurrección de los muertos se encuentre en ti esta corrección.

Y por tanto, con fiel inspección pruébese a sí mismo aquel hombre que aquí hubiera querido ser el purgador de sí mismo, y así, con esta devoción de su consideración, reciba de aquel pan de la santidad, y guste de aquel cáliz de la suavidad, para que así, llegando a la refección incansable, escape del hambre de la debilidad del alma. Pues el que hubiera tratado mal este sacramento, y no purgándose de la suciedad de la iniquidad lo hubiera tomado indignamente, se impone a sí mismo el juicio de la venganza, porque impuro lo come y lo bebe; no prevaleciendo sin embargo en esta presunción suya para dañar u ofuscar el misterio, sino condenándose a sí mismo. Y porque, estando sucios en los vicios, así presumís acceder a este sacramento, por eso hay en vuestro consorcio muchos enfermos, a saber, aquellos que no quieren buscar en esta santidad la medicina del alma, sino que se imponen a sí mismos la amarguísima enfermedad en los mismos sacramentos, ya que se los toman para su juicio. Y también muchos debilitados, a saber, aquellos que en la ley de Dios son tan débiles, que de ninguna manera quieren mirar quién es aquel a quien tan indignamente reciben. ¿Qué es esto? Porque no quieren considerar cómo deben temer y venerar a su Señor, o cómo con amarga penitencia castiguen su carne, que así en los vicios nutrieron. Pero puesto que son tan negligentes, por eso también en el olvido de esta negligencia duermen muchos, no sabiendo ni queriendo saber cómo deben llorar sus pecados, como el hombre cuando está en la dormición del sueño, no sabe ni entiende qué o de qué modo hay en su cuerpo. Por lo cual tú, oh hombre, cuando ni en las confesiones, ni en la penitencia purgado por ti mismo, recibes sin lavar el cuerpo y la sangre de mi Hijo, entonces en la tremenda inquisición sobre esta presunción de la suciedad de tus pecados serás así examinado, como también el mosto se purga de aquella inmundicia que tiene en sí, cuando en su fervor la arroja de sí.

Idem quoque sacramentum tanta diligencia et sollicitudine a sacerdote et a populo tractandum et custodiendum est: ne a quoquam ita negligatur, ut super terram neglectum projiciatur. Quia si per torporem neglectum super terram ceciderit, contumaciam illam per zelum meum, aut in terra, aut in homine ulciscor, nisi ipse homo poenitentia et amaris verberibus se puniat; quoniam caro et sanguis carnem et sanguinem restituere debet. Quomodo? Caro et sanguis hominis in homine lugebunt; quae caro et sanguis Filii mei negligenter ab homine tractata sunt, sicut et tunc terra contremuit, et ut homines in timore concussi sunt: cum Filius meus in cruce positus spiritum tradidit. Sed si tu, o homo, in instabilitate cordis tui in te ipso dixeris: Quomodo oblatio ista in altari corpus et sanguis Filii mei efficiatur, tunc et ego respondebo tibi: Cur hoc, o homo, interrogas, et quare haec sciscitaris? Num haec a te requiro? Quid scrutaris secreta mea de corpore et sanguine Filii mei? Nec ista a te requirenda sunt, sed tantum in magno timore et veneratione ea suscipiens, diligenter custodi, et amplius de hoc mysterio noli haesitare. Nam me tam temere non debes tentare. Et quid haec ad te? Sed in certissima fide require me. Cum enim totam fidem tuam inspexero, tunc non quaero a te quid sit corpus et sanguis Filii mei, vel quomodo mysterium hoc in altari consecretur. Et quis quaerit a te, o homo, an in igne ardorem ignis non sentias? Nullus. Sic nec tu in secretis meis temere require me, ne inde laedaris. Quod, si ea cum devotione animi tui quaerere volueris, tunc ea in oratione, et fletu et jejunio diligenter quaerere, sicut et antiqui Patres tui illa certissime quaesierunt, et frequenter eis revelata sunt. Cumque illa hoc modo scrutatus fueris, et inveneris, tunc quod reliquum est, Spiritui sancto relinques. Sed qui ad sacramenta haec accedunt, non per devia sed per rectam viam veniant; ne ab eis projecti, magnum casum animae patiantur. Quomodo? Nam pessimus deceptor, qui sine electione et sine consecratione principalis unctionis cathedram pastoralis officii fallaciter sibi usurpaverit, et nequissimus raptor qui pastorem suum expellens per sibyllos sibi consentientium cathedram ejus violenter invaserit: isti aut per seipsos sua voluntate gravi vindictae subjacebunt, aut per zelum meum gravem sententiam inde sustinebunt;

El mismo sacramento también ha de ser tratado y custodiado con tanta diligencia y solicitud por el sacerdote y por el pueblo: que no sea descuidado por nadie de tal modo que, descuidado, sea arrojado sobre la tierra. Porque si por la tibieza, descuidado, cayera sobre la tierra, vengará aquella contumacia por mi celo, ya sea en la tierra, o en el hombre, a menos que el hombre mismo se castigue con penitencia y amargos azotes; ya que la carne y la sangre deben restituir la carne y la sangre. ¿Cómo? La carne y la sangre del hombre llorarán en el hombre; las cuales carne y sangre de mi Hijo fueron descuidadamente tratadas por el hombre, así como entonces la tierra tembló, y como los hombres fueron sacudidos por el temor: cuando mi Hijo, puesto en la cruz, entregó su espíritu. Pero si tú, oh hombre, en la inestabilidad de tu corazón dijeras en ti mismo: ¿Cómo se hace esta oblación en el altar el cuerpo y la sangre de mi Hijo?, entonces también yo te responderé: ¿Por qué preguntas esto, oh hombre, y por qué escudriñas estas cosas? ¿Acaso te pido yo esto? ¿Por qué escudriñas mis secretos sobre el cuerpo y la sangre de mi Hijo? Ni se te han de pedir a ti esas cosas, sino que solo recibiéndolas con gran temor y veneración, custódialas diligentemente, y no vaciles más sobre este misterio. Pues no me debes tentar tan temerariamente. ¿Y qué te importa esto a ti? Pero en certísima fe búscame. Pues cuando haya inspeccionado toda tu fe, entonces no te pregunto qué sea el cuerpo y la sangre de mi Hijo, o cómo se consagre este misterio en el altar. ¿Y quién te pregunta a ti, oh hombre, si en el fuego no sientes el ardor del fuego? Nadie. Así tampoco en mis secretos me requieras temerariamente, no sea que por ello seas dañado. Lo cual, si quisieras buscar esas cosas con la devoción de tu ánimo, entonces búscalas diligentemente en la oración, y el llanto y el ayuno, como también tus antiguos Padres las buscaron certísimamente, y frecuentemente les fueron reveladas. Y cuando las hubieras escudriñado de este modo, y las hubieras hallado, entonces lo que reste lo dejarás al Espíritu Santo. Pero los que acceden a estos sacramentos, no vengan por desviaciones sino por el camino recto; no sea que, proyectados por ellos, sufran una gran caída del alma. ¿Cómo? Pues el peor deceptor, que sin elección y sin la consecración de la unción principal se hubiera usurpado falazmente para sí la cátedra del oficio pastoral, y el nequísimo raptor que, expeliendo a su pastor, hubiera invadido violentamente su cátedra por los susurros de los que le consienten: estos, o por sí mismos por su propia voluntad quedarán sujetos a una grave venganza, o por mi celo sostendrán una grave sentencia por ello;

quia in pessima amaritudine ipsi sunt illum imitantes, qui in seipso maximum honorem habere volens, ab omni gloria felicitatis in mortem dejectus est; et quia etiam Baal sequuntur, qui sibi ita illusit, quod se Deum fallaciter nominans, in dissipationem datus est. Et si in hac perversitate mendacii et praesumptionis suae sacros meos dare se simulaverint, tunc illi qui ab eis hoc modo potius inficiuntur quam deliniantur, ita in conspectu meo computantur, veluti ii a populo derisui habentur quos pueri in jocis et in ludis suis sibi jocularias personas constituunt. Sed ut hoc in hominibus vanum est, ita et istud apud me ludibrium est, quod hujusmodi invasores in deceptione sua se facere simulant. Unde, quia aedificatio eorum prava esse probatur, stare non potest, quoniam casura est. Et ideo si in templo meo quidquam in sacris ordinibus aedificare visi sunt, delendum est; quia justitiam non habens, frivolum esse dignoscitur.

Ergo ab hac temeritate sua resipiscant: ne in poenis consortes illius fiant, qui dum plus quaereret quam deberet, ab altitudine in profunditatis abyssum missus est.

Sed et ille laniator, qui unctionem sacerdotalis officii non habens per insaniam mentis suae ita furiose ad altare meum accedit, tanquam illusor sim, aut joculator, hic mensam nomini meo consecratam temere tangens, sacram videlicet oblationem offerre volens, quod sui officii non est, Filium meum duro cruciatu vulnerare non timet.

Quomodo? Ut incredulus sua incredulitate Deum invadit, et ut vesanus sua insania in ignem currit: sic iste me Deum nesciens, nec ardentem ignem me sentiens, timorem meum abjicit, nec mansuetudinem meam diligit; sed Filium meum vulnerat, cum non unctis labiis sermonem illum dilaniat, quem ipse Unigenitus meus sponsae suae contulit, cum ei corpus et sanguinem suum in dotem dedit.

Unde huic tam temere eum invadenti dicitur: Quis tangit Filium meum tam contumax et non unctus? Sed iste qui hoc modo ad altare meum accedit, quoties Filium meum praedicto secreto sermone invocare praesumit, toties eum vulnerare contendit; non quod eum ita ullo dolore cruciet, sed quia eum tam praesumptuose tangere non timet.

Qui, si in hoc contemptu sine poenitentia permanserit, inter illos in poenis stabit, qui Filium meum sine causa vulnerarunt.

Quapropter ne haec tormenta sentiat, lamentationem afflictionis sibi assumat, ita tamen ne amodo ad ministerium altaris mei accedere praesumat.

porque en la peor amargura están imitando a aquel que, queriendo tener en sí mismo el máximo honor, fue derribado de toda gloria de felicidad a la muerte; y porque también siguen a Baal, que de tal modo se ilusionó que, llamándose falazmente Dios, fue entregado a la disipación. Y si en esta perversidad de su mentira y presunción simularan que dan mis cosas sagradas, entonces aquellos que de este modo son más bien infectados por ellos que aliviados, así son computados en mi presencia, como son tenidos por irrisión por el pueblo aquellos a quienes los niños en sus bromas y en sus juegos constituyen para sí personas joculares. Pero como esto es vano en los hombres, así también aquello es un ludibrio ante mí, lo que tales invasores en su decepción simulan hacer. Por lo cual, porque la edificación de ellos se prueba que es perversa, no puede estar en pie, ya que ha de caer. Y por tanto, si en mi templo se viera que edifican algo en los sagrados órdenes, ha de ser borrado; porque no teniendo justicia, se reconoce que es frívolo.

Por tanto, arrepiéntanse de esta temeridad suya: no sea que en las penas se hagan consortes de aquel que, mientras buscaba más de lo que debía, fue enviado desde la altura al abismo de la profundidad.

Pero también aquel laniador que, no teniendo la unción del oficio sacerdotal, por la locura de su mente accede tan furiosamente a mi altar, como si yo fuera un iluso o un bufón, este tocando temerariamente la mesa consagrada a mi nombre, queriendo ofrecer la oblación sagrada, lo cual no es de su oficio, no teme vulnerar a mi Hijo con duro tormento.

¿Cómo? Como el incrédulo invade a Dios con su incredulidad, y como el vesánico corre al fuego con su locura: así este, desconociéndome a mí como Dios, ni sintiéndome como fuego ardiente, arroja mi temor, ni ama mi mansedumbre; sino que vulnera a mi Hijo cuando dilacera con labios no ungidos aquel sermón que mi propio Unigénito confirió a su esposa, cuando le dio en dote su cuerpo y su sangre.

Por lo cual se dice a este que tan temerariamente lo invade: ¿Quién toca a mi Hijo tan contumaz y no ungido? Pero este que de este modo accede a mi altar, cuantas veces presume invocar a mi Hijo con el predicho sermón secreto, tantas veces intenta vulnerarlo; no porque lo atormente así con algún dolor, sino porque no teme tocarlo tan presuntuosamente.

El cual, si permaneciera en este desprecio sin penitencia, estará entre aquellos en las penas que vulneraron a mi Hijo sin causa.

Por lo cual, para que no sienta estos tormentos, asuma para sí la lamentación de la aflicción, de tal modo, sin embargo, que de ahora en adelante no presuma acceder al ministerio de mi altar.

Caeteri autem qui sub sacerdote in servitio ecclesiastici officii ministrare contendunt, caveant ne sine modo justitiae eidem ministerio appropiare praesumant, ne si rectitudinem illam sibi fallaciter usurpaverint, tunc informes et impoliti inventi a constructione ecclesiasticae aedificationis justo judicio ejiciantur.

Volo enim ut ministri mei, sine dolo et sine sorde in conspectu meo mundi appareant.

Quomodo? Ut recta electione ad altare meum accedant, et tunc etiam ibi sine immunditia mihi assistant.

Quomodo? Ne ad saecularem copulationem respiciant, quia spiritualem elegerunt.

Quomodo? Quia servitutem meam adierunt.

Sed si quis eorum ardenti libidine carnis suae utitur, corpus suum abstinentia et jejunio maceret, atque frigore se et flagellis castiget.

Quod si tandem in pollutionem mulieris labitur, tunc contaminationem illam velut ardentem ignem et mortiferum venenum fugiat, atque amara poenitentia vulnera sua detergat; quoniam volo ut mihi in castitate serviatur.

Quomodo? Quia et Filius meus castissimus erat, qui et hos omnes ecclesiasticos ordines in se ipso demonstrabat.

Quomodo? Videlicet obsequendo, precando et offerendo.

Quomodo? Quoniam et circumcisio eum suo obsequio tetigit, et prophetia eum suo clamore demonstravit, ac ipse per se ipsum hominibus praedicavit, et tandem vivum sacrificium in ara crucis se obtulit.

Et quia ipse se ipsum in castitate holocaustum dedit, sic et illi castitatem ejus imitentur qui ei ad altare holocaustum offerre conantur; qui tamen non solum castitatem in aliis tenebunt, sed et in se ipsis eam conservabunt.

Quomodo? Ut sacerdos a contagione mulieris se custodire debet: sic etiam a seipso se contineat, scilicet cavens ne tactu manuum suarum pollutionem de se educat, ita ne strepitus libidinis in ipso aerumnose tumultuet.

Nam crimen Adae hominibus mortem inferens, in ipsis sensus fornicationis excitavit, et ideo carnem suam homines constringant ne casibus mortis turpiter subjaceant.

Quomodo? Quia Filius meus mortem superavit, et ipsis vitam dedit.

Qui quoniam in integritate virginalis pudicitiae carnem assumpsit, idcirco etiam casti esse debent, qui ipsi famulari desiderant ut ex divino praecepto scriptum est: Estote parati in diem tertium, et ne appropinquetis uxoribus vestris (Exod. XIX).

Quid hoc? Qui Deo singulariter servire vultis, estote cum voluntate cordis vestri parati in diem serenitatis illius, ubi sancta et ineffabilis Trinitas veraciter apparens mirabilia sua in magno miraculo demonstrat.

Y los demás que bajo el sacerdote intentan ministrar en el servicio del oficio eclesiástico, guárdense de no presumir apropiarse del mismo ministerio sin el modo de la justicia, no sea que, si se hubieran usurpado falazmente para sí esa rectitud, entonces encontrados informes y sin pulir, sean expulsados de la construcción de la edificación eclesiástica por justo juicio.

Pues quiero que mis ministros aparezcan limpios en mi presencia, sin dolo y sin suciedad.

¿Cómo? Que con recta elección accedan a mi altar, y entonces también asistan allí para mí sin inmundicia.

¿Cómo? Que no miren hacia la copulación secular, porque eligieron la espiritual.

¿Cómo? Porque se acercaron a mi servidumbre.

Pero si alguno de ellos usa de la ardiente libido de su carne, macere su cuerpo con abstinencia y ayuno, y castíguese con frío y con flagelos.

Y si al fin cae en la polución de la mujer, entonces huya de aquella contaminación como de fuego ardiente y veneno mortífero, y limpie sus heridas con amarga penitencia; ya que quiero que se me sirva en castidad.

¿Cómo? Porque también mi Hijo era castísimo, quien también demostraba todos estos órdenes eclesiásticos en sí mismo.

¿Cómo? A saber, obedeciendo, orando y ofreciendo.

¿Cómo? Puesto que también la circuncisión lo tocó con su obsequio, y la profecía lo demostró con su clamor, y él mismo predicó a los hombres por sí mismo, y finalmente se ofreció como sacrificio vivo en el ara de la cruz.

Y porque él mismo se dio a sí mismo como holocausto en castidad, así también imiten su castidad aquellos que intentan ofrecerle holocausto en el altar; los cuales, sin embargo, no solo mantendrán la castidad en otros, sino que también la conservarán en sí mismos.

¿Cómo? Como el sacerdote debe guardarse del contagio de la mujer: así también se contenga de sí mismo, a saber, cuidando que por el tacto de sus manos no saque de sí la polución, de modo que el estrépito de la libido no tumulte penosamente en él.

Pues el crimen de Adán, infiriendo la muerte a los hombres, excitó en ellos el sentido de la fornicación, y por eso los hombres constriñan su carne para que no subyazcan torpemente a los casos de la muerte.

¿Cómo? Porque mi Hijo superó la muerte y les dio la vida.

Quien, puesto que asumió la carne en la integridad de la pudicia virginal, por eso también deben ser castos los que desean servirle, como está escrito por precepto divino: Estad preparados para el tercer día, y no os acerquéis a vuestras mujeres (Ex. 19).

¿Qué es esto? Los que queréis servir a Dios singularmente, estad preparados con la voluntad de vuestro corazón para el día de aquella serenidad, donde la santa e inefable Trinidad, apareciendo verazmente, demuestra sus maravillas en un gran milagro.

Et ideo, si ibi Deo digne appropiare vultis, cavete ne carnali affectu vos conjungatis, carnalibus copulis videlicet, ne sanguinem vestrum sanguini fragilioris aestimationis commisceatis.

Quod vos, o sacerdotes et caeteri ministri mei, qui sub spirituali nomine militatis, cavere debetis; quia etiam nec apostoli quos subsecuti estis, se in diversa dividebant, nec vobis tale exemplum relinquebant.

Nolo enim ut duae copulae scilicet spiritualis et carnalis studii in sacerdotibus sint; quoniam sacerdos justitiam Dei sibi copulabit, ita ut uxor ejus sit, cum qua caeteros populos enutriet et docebit, ut pater filios suos educare et docere solet.

Et quomodo aptum esset ut sacerdos duas copulas in recta mensura exerceret: quae sibi in diversitate contrariae sunt.

Quomodo? Una carnalis et alia spiritualis.

Et cum sacerdos pastor et pater illorum hominum sit qui carnale conjugium habent, si tunc ipse aequali modo possideret, quis tunc ipsius sacerdos esse deberet?

Nullum alium sacerdotem habere posset qui ipsi praeesset, quam diabolum qui sacerdos illius esse deberet, quoniam et eum venenum sub melle abscondentem imitatus fuisset.

Quomodo? Quoniam ut diabolus malum sub bono abscondit, ita etiam hujusmodi sacerdotes qui turpitudinem suam magis sequuntur quam castitatem diligant, carnalem copulationem sub spirituali conjugio, quasi venenum sub melle celare nituntur.

Sed quia Filius meus totus in castitate est: ideo etiam et hi castitatem amare debent, qui corpus et sanguinem ejus in altari tangunt; quemadmodum scriptum est: Sacerdos, et scortum et vile prostibulum non ducet uxorem, nec eam quae repudiata est a marito, quia consecratus est Deo suo, et panes propositionis offert (Lev. XXI).

Quid hoc? Ille qui ad hoc positus est, ut sacrificium Deo offerat, injustitiam diaboli qui in omni spurcitia totius iniquitatis communis auctor est non diligat, nec etiam sensus suos ita viliter dejiciat, ut cum jugum meum ferre vult, voluntatem carnis suae contra justitiam Dei et contra exempla antiquorum sanctorum turpiter amplectendo sequatur, ne ita immunditiam illam quae repudiata est ab eisdem antiquis Patribus suis (cum eam de flatu antiqui serpentis esse cognoscerent) in contumeliosis actibus perficiat.

Has ergo sordes ipse deserens, amator justitiae Dei sit; quoniam in sanctitate consecratus Deo suo est, videlicet a carnalibus concupiscentiis in operibus nascentium filiorum abstractus.

Unde ita sobrius et impollutus existens, panem illum qui pro salute hominum in mensa consecrationis ponitur, offerre potest.

Y por tanto, si allí queréis acercaros dignamente a Dios, guárdense de no unirse con afecto carnal, a saber, con uniones carnales, para que no mezclen su sangre con sangre de estimación más frágil.

Lo cual vosotros, oh sacerdotes y demás ministros míos, que militáis bajo el nombre espiritual, debéis evitar; porque ni siquiera los apóstoles a quienes habéis seguido se dividían en cosas diversas, ni os dejaban tal ejemplo.

Pues no quiero que haya dos uniones, a saber, de estudio espiritual y carnal, en los sacerdotes; ya que el sacerdote se unirá a sí mismo la justicia de Dios, de modo que sea su esposa, con la cual alimentará y enseñará a los demás pueblos, como el padre suele educar y enseñar a sus hijos.

¿Y cómo sería apto que el sacerdote ejerciera dos uniones en recta medida: las cuales son contrarias entre sí en su diversidad?

¿Cómo? Una carnal y otra espiritual.

Y como el sacerdote es pastor y padre de aquellos hombres que tienen matrimonio carnal, si entonces él mismo poseyera de igual modo, ¿quién entonces debería ser sacerdote del mismo?

No podría tener ningún otro sacerdote que le presidiera que el diablo, que debería ser su sacerdote, puesto que también habría imitado a aquel que esconde veneno bajo la miel.

¿Cómo? Porque así como el diablo esconde el mal bajo el bien, así también sacerdotes de esta clase, que siguen más su torpitud que lo que aman la castidad, intentan ocultar la unión carnal bajo el matrimonio espiritual, como veneno bajo la miel.

Pero porque mi Hijo es todo castidad: por eso también estos deben amar la castidad, los cuales tocan su cuerpo y su sangre en el altar; como está escrito: El sacerdote no tomará por esposa a una ramera, ni a un vil prostíbulo, ni a la que ha sido repudiada por su marido, porque está consagrado a su Dios y ofrece los panes de la proposición (Lev. 21).

¿Qué es esto? Aquel que ha sido puesto para esto, para ofrecer sacrificio a Dios, no ame la injusticia del diablo, que en toda suciedad de toda iniquidad es el autor común, ni tampoco degrade sus sentidos tan vilmente que, cuando quiere llevar mi yugo, siga la voluntad de su carne contra la justicia de Dios y contra los ejemplos de los antiguos santos, abrazándola torpemente, para no llevar a cabo en actos contumeliosos aquella inmundicia que fue repudiada por sus mismos antiguos Padres (cuando conocieron que ella era del soplo de la antigua serpiente).

Abandonando, pues, estas suciedades, sea amante de la justicia de Dios; ya que en santidad está consagrado a su Dios, a saber, abstraído de las concupiscencias carnales en las obras de los hijos que nacen.

Por lo cual, existiendo así sobrio e impoluto, puede ofrecer aquel pan que se pone en la mesa de la consecración para la salvación de los hombres.

Quid hoc? Scilicet quia sacrificium illud quod est vita viventium, et refectio animarum, speculumque omnium virtutum, quae per sanctam innocentiam in forma castitatis perspicuae sunt, ab omni sorde mundissimum est.

Quapropter et illi qui idem sacrificium oblaturi sunt, sine spurcitia pollutionum esse debent, se etiam continentes ab epulatione et ebrietate, a joco, a risu, atque a levibus et incompositis moribus; sed sint in reverentia illa, ut successoribus antiquorum patrum de quibus plantati sunt convenit, et in dignitate illa ut honorabiles patronos decet.

Et etiam ita vivant ne sint duplices in duabus personis, id est ne simul in saeculari et in spirituali via ambulent, quia difficile est duobus dominis simul famulari, ut etiam Filius meus in Evangelio testatur dicens: Nemo potest duobus dominis servire (Matth. VI).

Quid hoc? Nullus qui mortalem tunicam indutus est, valet prae teneritudine sensus et corporis sui duobus dominis pariter et aequali obsequio servitium exhibere.

Quid hoc? Quia non potest domino rectitudinis et domino injustitiae simul famulari.

Quare? Quoniam rectitudo justitiam abjicit, et injustitia rectitudinem impugnat.

Sic etiam sacerdos non potest simul et pari devotione habere ancillam et dominam, videlicet carnalem copulam et spirituale consortium; quia haec duo in perfectione simul esse non valent.

Quoniam illud quod carnale est, impugnat hoc quod spirituale est, et spirituale deprimit illud quod carnale est.

Quod et Paulus amicus meus cognoscens, illud ita esse voluntate mea demonstrat, cum dicit: Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum (I Tim. III).

Quid hoc? Necesse est ut ille qui caeteris hominibus in officio spiritualis magisterii praeeminet, ita vitam suam constituat, ne scandalum offensionis et reprehensionis in eo inveniatur.

Quomodo? Quia sacerdos duas personas habere non debet, ita ut simul maritus carnalis uxoris et vir spiritualis conjugis sit; sed unius uxoris vir, scilicet Ecclesiae in sanctitate erit, quae unica in Filio meo est, quoniam una Ecclesia in ipso surrexit.

Sed haec quamvis una sit, tamen plurimos maritos habet; quia cum sacerdotibus Filii mei qui quotidie in officio ipsius sunt nuptias peragit; virgo tamen in integritate sua permanens, quoniam in ipsa fides incorrupta est.

¿Qué es esto? A saber, porque aquel sacrificio que es vida de los vivientes, y refacción de las almas, y espejo de todas las virtudes, las cuales son perspicuas por la santa inocencia en forma de castidad, es limpísimo de toda suciedad.

Por lo cual también aquellos que han de ofrecer el mismo sacrificio deben estar sin suciedad de poluciones, conteniéndose también de los banquetes y de la embriaguez, de la broma, de la risa, y de las costumbres ligeras y descompuestas; sino que estén en aquella reverencia, como conviene a los sucesores de los antiguos padres de quienes fueron plantados, y en aquella dignidad, como decora a patronos honorables.

Y también vivan de tal modo que no sean dobles en dos personas, esto es, que no caminen simultáneamente en la vía secular y en la espiritual, porque es difícil servir a dos señores a la vez, como también mi Hijo testifica en el Evangelio diciendo: Nadie puede servir a dos señores (Mt. 6).

¿Qué es esto? Ninguno que está vestido con la túnica mortal vale, por la teneridad de su sentido y de su cuerpo, exhibir servicio a dos señores por igual y con igual obsequio.

¿Qué es esto? Porque no puede servir simultáneamente al señor de la rectitud y al señor de la injusticia.

¿Por qué? Puesto que la rectitud arroja la injusticia, y la injusticia impugna la rectitud.

Así también el sacerdote no puede tener simultáneamente y con igual devoción a la esclava y a la señora, a saber, la unión carnal y el consorcio espiritual; porque estos dos no valen estar juntos en la perfección.

Puesto que aquello que es carnal impugna esto que es espiritual, y lo espiritual deprime aquello que es carnal.

Lo cual, conociéndolo también mi amigo Pablo, demuestra por mi voluntad que es así cuando dice: Conviene, pues, que el obispo sea irreprensible, marido de una sola mujer (1 Tim. 3).

¿Qué es esto? Es necesario que aquel que preemine a los demás hombres en el oficio del magisterio espiritual, constituya así su vida que no se encuentre en él escándalo de ofensa y de reprensión.

¿Cómo? Porque el sacerdote no debe tener dos personas, de modo que sea simultáneamente marido de esposa carnal y varón de cónyuge espiritual; sino que será varón de una sola mujer, a saber, de la Iglesia en santidad, la cual es única en mi Hijo, puesto que una sola Iglesia surgió en él.

Pero esta, aunque sea una, sin embargo tiene muchísimos maridos; porque celebra nupcias con los sacerdotes de mi Hijo que están diariamente en su oficio; permaneciendo, no obstante, virgen en su integridad, puesto que en ella la fe es incorrupta.

Quapropter et idem Paulus vas meum non dixit ut haec uxor unius mariti esset, quia sacerdotibus illis qui usque ad novissimum diem in eodem Unigenito meo surgunt conjuncta est, usque dum etiam nuptiae illae veniant, quae nunquam ulla mortalitatis instabilitate deficiant; sed et illi qui sub sacerdotibus in servitio altaris mei proxime ministrant, ejusdem uxoris mariti sunt, quemadmodum idem Paulus fidelem doctrinam hominibus per me praebens locutus est, dicens: Diaconi sint unius uxoris viri, qui filiis suis bene praesint, et suis domibus (ibid.).

Quid hoc? Isti qui sui juvaminis obsequio sacerdotibus assistunt, sint unius uxoris fideli conjunctione mariti.

Et quae est uxor illa? Videlicet castissima sponsa quae nulla corruptione laedi potest, ut mulier illa corrumpitur quae virginitatis florem et innocentiam suam perdit quam in initio desponsationis suae habet, cum adhuc cum sponso suo incorrupta manet.

Unde et isti desponsatores cum hac uxore justitiae tam fideliter conversentur, ut et iis qui adjutorio eorum in spiritu et aqua regenerati sunt, bona exempla virtutum praebeant, ut et etiam officio suo quod ad munimen ecclesiasticae mansionis pertinet, fideli sollicitudine insudent, quemadmodum saecularis homo filiis suis et domni suae omnem devotionem procurationis suae intendit.

Sponsam enim istam ostendit Paulus amicus meus sacerdotibus et caeteris ministris altaris mei, quatenus illam sibi in uxorem eligerent, et carnalem conjugem non appeterent.

Nam nec idem Paulus, nec caeteri discipuli filii mei, nec reliqui Patres scilicet eorum sequaces hoc exemplum per semetipsos illis dabant, ut carnalem conjugem acciperent, et illam desererent quam sibi prius in spiritualem uxorem elegerant.

Sacerdos enim qui tam contumax in peccato est ut mulierem secundum voluntatem carnis suae illicite accipiat, adulterium perpetrat; quoniam rectam uxorem suam, id est Ecclesiam quae sibi spirituali officio desponsata erat deserit, et aliam secundum libitum mentis suae impudice ducit.

Sed quamvis sibi difficile sit ut in hoc ardore se constringat, tamen propter supernum amorem a concupiscentiis istis se contineat, ut etiam Filius meus in Evangelio hortatur, dicens: Sunt etiam eunuchi qui de matris utero sic nati sunt, et sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus, et sunt eunuchi qui seipsos castraverunt propter regnum coelorum; qui potest capere capiat (Matth. XIX).

Quid hoc? Quoniam sunt aliqui homines qui de materno utero ita egressi sunt, quod prae frigiditate vel imbecillitate corporis sui conjuges habere non possunt.

Unde propter hanc continentiam suam, utilitatem mercedis non accipient, nisi quod solum de opere illius peccati poenas non sustinebunt; quia de peccato quod non perpetraverunt poenas non habebunt.

Por lo cual también el mismo Pablo, mi vaso, no dijo que esta mujer fuera de un solo marido, porque está unida a aquellos sacerdotes que surgen en mi mismo Unigénito hasta el último día, hasta que vengan incluso aquellas nupcias que nunca falten por ninguna inestabilidad de mortalidad; sino que también aquellos que bajo los sacerdotes ministran próximamente en el servicio de mi altar, son maridos de la misma esposa, como habló el mismo Pablo ofreciendo a los hombres por mí la doctrina fiel, diciendo: Los diáconos sean maridos de una sola mujer, que presidan bien a sus hijos y a sus casas (ibid.).

¿Qué es esto? Estos que asisten a los sacerdotes con el obsequio de su ayuda, sean maridos por fiel conjunción de una sola mujer.

¿Y quién es aquella mujer? A saber, la castísima esposa que por ninguna corrupción puede ser dañada, como se corrompe aquella mujer que pierde la flor de la virginidad y su inocencia que tiene al inicio de su desposorio, cuando todavía permanece incorrupta con su esposo.

Por lo cual también estos desposadores conversen tan fielmente con esta esposa de la justicia, que también a los que por su ayuda han sido regenerados en espíritu y agua den buenos ejemplos de virtudes, para que también suden con fiel solicitud en su oficio, que pertenece al baluarte de la mansión eclesiástica, como el hombre secular intenta para sus hijos y para su casa toda la devoción de su procuración.

Pues a esta esposa mostró mi amigo Pablo a los sacerdotes y a los demás ministros de mi altar, para que la eligieran para sí por mujer y no apetecieran cónyuge carnal.

Pues ni el mismo Pablo, ni los demás discípulos de mi Hijo, ni los restantes Padres, a saber, sus seguidores, daban por sí mismos a ellos este ejemplo, de tomar cónyuge carnal y abandonar a aquella que antes habían elegido para sí por esposa espiritual.

Pues el sacerdote que es tan contumaz en el pecado que toma ilícitamente una mujer según la voluntad de su carne, perpetra adulterio; ya que abandona a su recta esposa, esto es, la Iglesia que le había sido desposada por el oficio espiritual, y toma impúdicamente a otra según el deleite de su mente.

Pero aunque le sea difícil constreñirse en este ardor, sin embargo, por el amor superno, conténgase de estas concupiscencias, como también mi Hijo exhorta en el Evangelio diciendo: Hay también eunucos que nacieron así del útero materno, y hay eunucos que fueron hechos por los hombres, y hay eunucos que se castraron a sí mismos por el reino de los cielos; el que pueda captar, que capte (Mt. 19).

Por lo cual, oh hombre, si el pecador ocultara sus hechos en lo escondido de su corazón: ¿quién existiría entonces como testigo de aquella penitencia contra el acusador? Ninguno. Por lo cual el hombre manifieste sus pecados, a fin de que tenga testigo de su penitencia. Pero el que desea perfeccionar la penitencia de sus pecados, asuma para sí la limosna como auxilio. ¿Cómo? Porque cuando el cuerpo del hombre por su imbecilidad desfalleciera en el trabajo de la penitencia, la limosna le acuda en auxilio. Y puesto que es difícil al hombre que se arrepienta ásperamente y según lo que es justo: por eso asuma para sí a la limosna como madre, a fin de que con ella cumpla aquello que es laborioso para su cuerpo. Pues a la manera que la madre no cesa de subvenir a la necesidad de su hijo, aunque este ya parezca estar educado: así también la limosna socorre a la ternura del cuerpo en la penitencia del hombre, aunque el mismo hombre parezca fuerte al arrepentirse en la maceración de su cuerpo.

No obstante, las malas obras que el hombre perpetró en su cuerpo por la concupiscencia de su carne, castíguelas también en sí mismo corporalmente, para que aquella obra que había sido cara y dulce para su carne: sea fielmente limpiada de él por la amargura de la penitencia; puesto que la amargura de la penitencia, con la limosna ayudante, debe sanar en los hombres las heridas mortíferas de los pecados. ¿Cómo? Porque cuando el hombre se constriñe en la castigación, se dilate también por la limosna. ¿Cómo? Puesto que la limosna designa mi misericordia. ¿Cómo? Cuando el hombre fiel subviene a los pobres con su sustancia por amor a mí, custodia mis preceptos, porque a los indigentes les prodiga su misericordia por el honor de mi nombre, como también yo no sustraigo mi gracia a los que me buscan en la pureza de su corazón. Pero el que de este modo subviene a los pobres con la refacción de las limosnas por movimiento de misericordia: me es muy amable, ya que tiene entrañas de misericordia cumpliendo esto que está escrito: Pon tu tesoro en los preceptos del Altísimo: y te aprovechará la limosna más que el oro (Ecl. XXIX). ¿Qué es esto? Por justa y recta consideración toma de la materia de tu dinero que está en tu seno y en el abrazo de tu corazón, dividiéndolo según los preceptos de aquel que está sobre todos, porque Dios mandó que te desvíes del mal y hagas el bien. Y por tanto en tus entrañas por tu buena voluntad debes abundar de este modo, no seas de las ovejas perdidas, sino santifícate a ti mismo ante Dios, atribuyendo de tu sustancia a los que desfallecen en la refacción; puesto que incluso entonces Dios no contendrá su misericordia sobre ti en tus miserias. Que si hicieras esto, entonces mayor utilidad te aporta aquella compasión que tienes sobre aquel que no posee ningún tesoro, que si subiendo sobre un gran monte poseyeras mucho dinero de oro en tu soberbia. ¿Cómo? Pues mejor es para ti que des un poco a los pequeñuelos en humildad, que si poseyeras el reino del mundo con gran voluptuosidad; porque entonces la misericordia en la remuneración de Dios te faltaría por el peso de tu soberbia, ya que alli no tendrías entrañas de compasión sobre el pobre. Por lo cual también los elementos son el lago de las voluptuosidades de los hombres, y muestran sus costumbres.

Quomodo? Quia vindictam Dei illis peccantibus superinducunt. Et ideo, o homo, inanitatem naufragantis avaritiae desere; quia justissima haereditas tua in aeterna vita est, et malum relinquens, bonum fac, ut malevolentiam duritiae dimittas. Et ut misericordiam consequaris, de tua substantia indigengentibus da, in hoc imitatus Deum qui misericors est.

Quapropter etiam, o homo, nullus mendax huic contradicere potest quin vos qui pauperibus ita subvenitis, voluntatem meam in hoc compleatis. Quomodo? Sicut ego vobis gratiam meam impendo, ita et vos pauperibus eleemosynam vestram tribuere debetis. Sed qui eleemosynam accipiunt, eam non in vanum nec secundum avaritiam sumant. Quid hoc? Quoniam multi sunt qui ignaviam amantes, corporaliter laborare nolunt ut seipsos pascere valeant, nec bona opera spiritualiter facere student ut animabus suis subveniant; sed ut pecora sunt, intellectum justitiae nec in anima nec in corpore suo habentes. Unde etiam indigni ante oculos meos apparent, si hoc modo sine correctione et sine poenitentia in tepore hujus pravitatis perseveraverint. Sed et multi sunt qui corporaliter necessitatem patientes, eleemosynam cum humilitate in timore percipiunt, atque pro illis orant et laborant qui eis misericordiam suam impendunt, prava etiam opera immundissimae sordis devitantes. Inter hos etiam multi inveniuntur quibus idcirco terrenas divitias subtraho, quoniam eis coelestes divitias dare volo. Qui autem paupertatem propter nomen meum libenter sufferunt, valde mihi amabiles sunt; qui vero divitias saeculares propter cupiditatem suam libenter haberent, nec eas habere possunt, hi mercedem hujus labors perdunt. Sed qui ob hoc divitias quaerit ut voluntatem meam et non cupiditatem suam in eis compleat, hic pro bona voluntate sua mercedem honoris apud me reportabit. Ita etiam et ille qui potestatem honoris propter jactantiam superbiae suae et non ad gloriam nominis mei appetit: hic mihi velut putridum cadaver est; qui autem idcirco eam quaerit, ut non superbiam suam sed honorem meum inde defendat, gloriosus in regno meo ob idipsum apparebit.

Quapropter et sacerdotes officii spiritualis regiminis magisterium suum non propter se, sed propter me subire debent, ut populo meo tanto securius et devotius praeesse valeant. Quomodo? Quia populum meum docere, admonere, hortari et coercere debent, ut legem Dei digne et laudabiliter custodiant. Et hoc pastores semper ruminabunt: dum populum exhortando movent, ne sine confessione et sine poenitentia in peccatis suis perseverent, sed ut mala opera conculcent et bona perficiant.

¿Cómo? Porque inducen la venganza de Dios sobre ellos cuando pecan. Y por tanto, oh hombre, deserta de la inanidad de la avaricia que naufraga; porque tu justísima herencia está en la vida eterna, y dejando el mal, haz el bien, para que dejes la malevolencia de la dureza. Y para que consigas la misericordia, da de tu sustancia a los indigentes, imitado en esto a Dios que es misericordioso.

Por lo cual también, oh hombre, ningún mentiroso puede contradecir esto, que vosotros que así subvenís a los pobres, cumplís mi voluntad en esto. ¿Cómo? Así como yo os prodigo mi gracia, así también vosotros debéis atribuir vuestra limosna a los pobres. Pero los que reciben limosna, no la tomen en vano ni según la avaricia. ¿Qué es esto? Ya que hay muchos que amando la ociosidad, no quieren trabajar corporalmente para poder alimentarse, ni se esmeran en hacer buenas obras espiritualmente para subvenir a sus almas; sino que son como ganados, no teniendo intelecto de justicia ni en su alma ni en su cuerpo. Por lo cual también aparecen indignos ante mis ojos, si de este modo sin corrección y sin penitencia hubieran perseverado en el tibio de esta pravidad. Pero también hay muchos que padeciendo necesidad corporalmente, perciben la limosna con humildad en el temor, y oran y trabajan por aquellos que les prodigan su misericordia, evitando también las malas obras de la suciedad más inmunda. Entre estos también se encuentran muchos a quienes por eso les sustraigo las riquezas terrenas, ya que quiero darles las riquezas celestiales. Pero los que sufren la pobreza voluntariamente por amor a mi nombre, me son muy amables; pero los que tendrían de buen grado riquezas seculares por su cupidez, y sin embargo no pueden tenerlas, estos pierden la merced de este trabajo. Pero el que para esto busca riquezas, para cumplir mi voluntad y no su cupidez en ellas, este por su buena voluntad reportará ante mí la merced del honor. Así también aquel que apetece la potestad del honor por la jactancia de su soberbia y no para gloria de mi nombre: este es para mí como un cadáver putrefacto; pero el que por eso la busca, para defender no su soberbia sino mi honor desde allí, aparecerá glorioso en mi reino por eso mismo.

Por lo cual también los sacerdotes del oficio del régimen espiritual deben someterse a su magisterio no por sí mismos, sino por mí, para que puedan presidir a mi pueblo tanto más segura y devotamente. ¿Cómo? Porque deben enseñar, amonestar, exhortar y coercer a mi pueblo, para que custodien la ley de Dios digna y laudablemente. Y esto los pastores siempre lo rumiarán: mientras exhortando mueven al pueblo, no sea que perseveren en sus pecados sin confesión y sin penitencia, sino para que conculquen las malas obras y perfeccionen las buenas.

Quod si populus sacerdotes suos in admonitione ista non obaudierit: tunc populus reatum suum sentiet, et sacerdotes de casu negligentiae hujus se eripuerunt; si vero sacerdotes auctoritatem magisterii sui populo non ostendunt, tunc sacerdotes non vocantur sed lupi rapaces dicuntur, quoniam officium suum in rapina habent: sicut et lupus ovem crudeliter diripit, ita quod magis voluntatem suam sequuntur quam custodiam ovium suarum amant. Et quia perverse vivunt, idcirco veram doctrinam populo seminare timent, ita iniquitati ut alicui domino suo consentientes, quod carnales concupiscentiae sunt, et ostium cordis sui aequitati velut alicui domestico suo claudentes, quod justitia Dei est.

Unde, o vos pastores, ululate et plangite crimina vestra quae in iniquitate vestra diram vocem emittunt, ita quod et elementa clamorem eorum suscipiunt, et cum eis coram me reboant. Quomodo enim in officio vestro audetis Dominum vestrum tangere in sanguineis manibus et in contraria spurcitia, et in adulterina iniquitate? Vere vos in immunditia vestra fundum terrae commovetis. Quomodo? Videlicet cum in tantis criminibus sordentes Deum vestrum tangere non timetis, terram in magno dolore opprimo, ita carnem et sanguinem Filii mei ulciscens; quoniam non solum terram in hoc horrore crudeliter commovetis, sed etiam coelum in immunditia vestra pessime contaminatis Quomodo? Cum in fetore immunditiae vestrae Dominum Deum vestrum tangitis, sicut porcus in stercore margaritas contaminat: tunc coeli iniquitatem vestram suscipientes, ultionem judicii mei in voluntate mea super terram emittunt. Nam cum vera justitia et cum divina lege populum meum praecedere deberetis in bonis operibus ei lucentes, ita ut idem populus meus gradiens post vos pedem suum in nulla offensione contereret; sed vos aliquando majore iniquitate populum meum contaminatis quam vel ipse se contaminet in quo malum et pessimum exemplum in vobis habet. Vos enim tam lucida gemma esse deberetis, ut credentes in lumine vestro, incedentes viam rectitudinis agnoscere possent; sed vos eis exemplum mortis praebetis, ita ut iniquitate vestra modum invenire non valeant. Et quomodo pastores eorum esse potestis, cum eos ita seducitis? Quomodo ergo pro eis respondebitis: qui nec pro vobis responsum dare potestis?

Unde plorate et ululate antequam tempus mortis vos subtrahat. Et quare non consideratis honorem vestrum: qui prae caeteris hominibus vobis datus est? Quid hoc? Quoniam in Filio meo prae caeteris claves coeli accepistis, quae judicio recti sensus et justi judicii in scientia Scripturarum sunt: quando recte consideratis quid sit quid ligare debeatis. Quid hoc? Cum homines se mihi in lege mea pertinaciter opponunt: timorem judicii mei eis incutere debetis. Et si tunc culpam suam non correxerint, ligaturam vestram super eos extendite.

Que si el pueblo no hubiera escuchado a sus sacerdotes en esa amonestación: entonces el pueblo sentirá su reato, y los sacerdotes se habrán librado del caso de esta negligencia; si en cambio los sacerdotes no muestran la autoridad de su magisterio al pueblo, entonces no se llaman sacerdotes sino que se dicen lobos rapaces, ya que tienen su oficio en la rapiña: así como el lobo arrebata cruelmente a la oveja, de modo que más siguen su voluntad que aman la custodia de sus ovejas. Y porque viven perversamente, por eso temen sembrar la verdadera doctrina al pueblo, consintiendo así a la iniquidad como a algún señor suyo, porque son concupiscencias carnales, y cerrando la puerta de su corazón a la equidad como a algún doméstico suyo, que es la justicia de Dios.

Por lo cual, oh vosotros pastores, aullad y plañid vuestros crímenes que en vuestra iniquidad emiten una voz dira, de modo que también los elementos reciben el clamor de ellos, y con ellos reboan ante mí. ¿Pues cómo en vuestro oficio osáis tocar a vuestro Señor con manos sanguinolentas y en contraria suciedad, y en adulterina iniquidad? Verdaderamente vosotros en vuestra inmundicia conmovéis el fondo de la tierra. A saber, cuando ensuciándoos en tantos crímenes no teméis tocar a vuestro Dios, oprimo la tierra en gran dolor, vengando así la carne y la sangre de mi Hijo; ya que no solo conmovéis cruelmente la tierra en este horror, sino que también contamináis pésimamente el cielo en vuestra inmundicia. Cuando en el fétor de vuestra inmundicia tocáis al Señor Dios vuestro, como el cerdo contamina las margaritas en el estiércol: entonces los cielos recibiendo vuestra iniquidad, emiten la ultión de mi juicio en mi voluntad sobre la tierra. Pues cuando deberíais preceder a mi pueblo en las buenas obras con verdadera justicia y con la ley divina, luciéndole de tal modo que ese mismo pueblo mío caminando tras vosotros no tropezara con su pie en ninguna ofensa; pero a veces contamináis a mi pueblo con mayor iniquidad que la que él mismo se contamina, en lo cual tiene en vosotros un mal y pésimo ejemplo. Pues vosotros deberíais ser una gema tan lúcida, que los creyentes en vuestra luz pudieran reconocer el camino de la rectitud al caminar; pero vosotros les ofrecéis un ejemplo de muerte, de modo que por vuestra iniquidad no valen para encontrar el modo. ¿Y cómo podéis ser los pastores de ellos, cuando así los seducís? ¿Cómo, pues, responderéis por ellos: vosotros que ni por vosotros mismos podéis dar respuesta?

Por lo cual llorad y aullad antes de que el tiempo de la muerte os sustraiga. ¿Y por qué no consideráis vuestro honor: que os ha sido dado sobre los demás hombres? ¿Qué es esto? Ya que en mi Hijo recibisteis las llaves del cielo sobre los otros, que están en el juicio del recto sentido y del justo juicio en la ciencia de las Escrituras: cuando rectamente consideráis qué es lo que debéis ligar. ¿Qué es esto? Cuando los hombres se me oponen pertinazmente en mi ley: debéis incutirles el temor de mi juicio. Y si entonces no hubieran corregido su culpa, extended vuestra ligadura sobre ellos.

Quomodo? Quia rebelles sunt: ideo apertis vocibus in verbis meis eos ligabitis, et eis ligaturam illam indicabitis; quoniam et pro contumacia sua coram me ligati sunt: ut Filius meus primo pastori Ecclesiae ostendit dicens: Tibi dabo claves regni caelorum. Et quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum et in coelis; et quodcunque solveris super terram, erit solutum et in coelis (Matth. XVI). Quid hoc? Ego qui potestatem coeli et terrae habeo, tibi qui me devote imitatus es per gratiam meam dabo judicia illa quae dignitatem regni coelorum tangunt, ita ut nefas sit hoc, quod justo judicio ligaveris super terram, secundum quod homines super terram peccare videris; quia postquam hominis animam de corpore suo abstraxero, tunc judicium tuum super eam non extendes, quoniam judicium illud meum est: in nequitia sua vincta sit, et in coelestibus, scilicet a coelo, separata et projecta, quia in superna mansione nulla iniquitas libertatem aut locum habere permittitur. Sed et vinculum hoc quod ita prius in rebellione constrinxisti, cum deinde in poenitentia delinquentium denotaveris, super terram erit solutum et in supernis secretis. Et tunc post mortem hominis, pro anima ejus orabis; sed tunc eam a nexibus ligaturae suae absolvere poteris, quia gemitus devoti cordis Deus non abjicit.

Vos autem, o sacerdotes, qui hoc modo per Filium meum potestatem hanc percepistis: neminem absque culpabili causa propter rabiem cordis vestri in verbis meis ligabitis; sed acutissime vobis considerandum est, quem ita constringere debeatis. Nam qui nec propter pudorem hominum, nec propter timorem meum, nec precibus nec praeceptis vestris cohiberi poterit quin in iniquitate sua perseverare velit, hunc ecclesiastica censura in verbis meis ab Ecclesia mea submovebitis. Sed innocentem non ligabitis; quoniam si illum constrinxeritis vosmetipsos in nodum diri reatus immittitis. Quod si tamen ille hoc modo inconvenienter constrictus fuerit quamvis innocens sit; tamen humillima subjectionis obedientia propter honorem nominis mei solutionem quaerere debet, ne si spretor exstiterit, reatum superbiae sibi contrahat. Sed ligatura ista talis sit. Homo qui nec mihi, nec praeceptis majorum suorum in perversitatibus suis obedire voluerit, hic in verbo meo a coelestibus separandus est, velut Adam mihi inobediens existens in praecepto meo de paradiso ejectus est, nec in consortium fidelium recipietur, nisi in poenitentia obedientiae; sicut etiam genus humanum in martyrio obedientis Filii mei, ad coelestem patriam revocatum est.

¿Cómo? Porque son rebeldes: por tanto con voces abiertas en mis palabras los ligaréis, y les indicaréis aquella ligadura; ya que también por su contumacia están ligados ante mí: como mi Hijo mostró al primer pastor de la Iglesia diciendo: A ti te daré las llaves del reino de los cielos. Y todo lo que ligares sobre la tierra, será ligado también en los cielos; y todo lo que soltares sobre la tierra, será soltado también en los cielos (Mat. XVI). Yo que tengo la potestad del cielo y de la tierra, te daré a ti que me has imitado devotamente por mi gracia aquellos juicios que tocan la dignidad del reino de los cielos, de modo que sea un crimen nefando esto, que por justo juicio hubieras ligado sobre la tierra, según lo que ves a los hombres pecar sobre la tierra; porque después de que hubiera abstraído el alma del hombre de su cuerpo, entonces no extenderás tu juicio sobre ella, ya que ese juicio es mío: esté atada en su nequicia, y en las cosas celestiales, a saber desde el cielo, separada y proyectada, porque en la mansión superna ninguna iniquidad se permite tener libertad o lugar. Pero también este vínculo que así antes constreñiste en la rebelión, cuando después lo hubieras denotado en la penitencia de los delincuentes, sobre la tierra será soltado y en los secretos supernos. Y entonces después de la muerte del hombre, orarás por su alma; pero entonces podrás absolverla de los nexos de su ligadura, porque Dios no rechaza los gemidos del corazón devoto.

Pero vosotros, oh sacerdotes, que de este modo habéis percibido esta potestad por mi Hijo: a nadie ligaréis en mis palabras sin causa culpable por la rabia de vuestro corazón; sino que debéis considerar agudísimamente a quién debéis constreñir así. Pues al que ni por la vergüenza de los hombres, ni por el temor a mí, ni por vuestras preces o preceptos pueda ser cohibido de querer perseverar en su iniquidad, a este lo removeréis de mi Iglesia por la censura eclesiástica en mis palabras. Pero no ligaréis al inocente; ya que si lo constriñerais os introduciríais a vosotros mismos en el nudo de un reato diro. Que si sin embargo él hubiera sido constreñido inconvenientemente de este modo aun siendo inocente; no obstante debe buscar la solución por la humildísima obediencia de la sujeción por el honor de mi nombre, no sea que si resultara despreciador, contraiga para sí el reato de la soberbia. Pero sea tal la ligadura. El hombre que ni a mí, ni a los preceptos de sus mayores en sus perversidades hubiera querido obedecer, este ha de ser separado de las cosas celestiales en mi palabra, como Adán siendo inobediente a mí en mi precepto fue arrojado del paraíso, ni será recibido en el consorcio de los fieles, sino en la penitencia de la obediencia; como también el género humano en el martirio de mi obediente Hijo, fue revocado a la patria celestial.

Qui vero ita rebellis est quod in humilitatis officio reverti non vult, tunc, si ita in contumacia sua perduraverit, consortium illorum habebit qui lapideum cor abjicere recusantes sed in infidelitate sua permanentes, gloriam ecclesiasticae beatitudinis habere recusaverunt. Nam qui ita obduratus est quod de nequitia sua nullam misericordiam quaerere curat, hic antiquum serpentem imitatur qui misericordiam sprevit et qui primum hominem in paradiso decipiens in seipso ita dicebat. Quamvis ego de coelis projectus sum cum contra exercitum Altissimi cum angelis meis praeliatus resistere non valuerim, quoniam ab eo victus sum; tamen nunc in terra hominem inveni, in quo iram meam exercens me fortiter vindicabo. In terra enim in homine complebo, quod in coelis facere volui, scilicet ut Altissimo similis essem. Et si Deus justus est, potestas ista mihi non auferetur, quia homo mihi consentiet et Deo non obediet. Haec diabolus in seipso loquens: omnes artes suas contra hominem instruxit ut ille a Deo recederet, qui et diabolum secutus est; unde et cum sibi tam fortiter alligavit, quod homo illum pro Deo coluit, et Deum creatorem suum abnegavit.

Sed cum homo in tanta tenebrositate infidelitatis jaceret, nec se erigere valeret: ad salvationem ejus misi Filium meum miro modo de virgine incarnatum, verum Deum et verum hominem existentem. Quid hoc? Quia de me Patre secundum divinitatem veraciter exivit, et quoniam de Virgine matre secundum humanitatem veraciter carnem assumpsit. Quid hoc? O homo mollis et tener in tuo corpore es; sed durus et inflexibilis in tua incredulitate manes; nam lapis poliri ad aedificium potest, tu autem molliri ad fidem non vis. Attende tamen. Sicut homo in arca sua pulcherrimam gemmam habens, eam metallo imponit ut hominibus appareat, sic et ego in corde meo Filium meum habens eum de Virgine incarnari volui ut ipse credentibus salutem vitae conferret. Quod si ei carnalem patrem dedissem, quis tunc esset? Videlicet non filius sed servus meus; sed hoc esse non debuit. Ipse autem de Virgine natus, comedit, bibit, et dormiens requievit, atque alias corporales miserias sustinuit; sed tamen gustum peccati in carne sua non sensit; quia non in mendacio sed in veritate carnem assumpsit. Quid hoc? Quoniam caeteri homines in praevaricatione Adae et Evae per gustum delectationis nascuntur, quod in mendacio et non in veritate est. Non sic Filius meus ortus est: sed in sanctitate de castissima Virgine ad redemptionem hominum natus est. Nam similis similem de vinculo suo solvere non valeret, nisi major veniret qui eum eripere posset. Quid hoc? Quoniam homo natus in peccatis, hominem peccatorem de perditione mortis liberare non valuit; quapropter Filius meus sine peccato venit: quia hominem devicta morte misericorditer de morte eripuit. Sed qui vigilantibus oculis videt, et attentis auribus audit, hic mysticis verbis meis osculum amplexionis praebeat, quae de me vivente emanant.

Pero el que es tan rebelde que no quiere volver en el oficio de la humildad, entonces, si así hubiera perdurado en su contumacia, tendrá el consorcio de aquellos que, rehusando arrojar el corazón de piedra sino permaneciendo en su infidelidad, rehusaron tener la gloria de la beatitud eclesiástica. Pues el que está tan obdurado que no cuida de buscar ninguna misericordia por su nequicia, este imita a la antigua serpiente que despreció la misericordia y que, engañando al primer hombre en el paraíso, así decía en sí mismo. Aunque yo he sido proyectado de los cielos cuando, peleando con mis ángeles contra el ejército del Altísimo, no pude resistir, ya que por él fui vencido; sin embargo ahora encontré al hombre en la tierra, en quien ejercitando mi ira me vengaré fuertemente. Pues en la tierra cumpliré en el hombre lo que en los cielos quise hacer, a saber, que fuera semejante al Altísimo. Y si Dios es justo, esta potestad no se me quitará, porque el hombre me consentirá y no obedecerá a Dios. El diablo hablando estas cosas en sí mismo: instruyó todas sus artes contra el hombre para que este se alejara de Dios, el cual también siguió al diablo; por lo cual también se lo ató tan fuertemente, que el hombre lo dio culto por Dios, y negó a Dios su creador.

Pero cuando el hombre yacía en tanta tiniebla de infidelidad, ni podía erigirse a sí mismo: para su salvación envié a mi Hijo de modo admirable encarnado de una virgen, siendo verdadero Dios y verdadero hombre. ¿Qué es esto? Porque de mí el Padre según la divinidad verazmente salió, y puesto que de la Virgen madre según la humanidad verazmente asumió la carne. Oh hombre, blando y tierno en tu cuerpo eres; pero duro e inflexible permaneces en tu incredulidad; pues la piedra puede ser pulida para el edificio, tú en cambio no quieres ser ablandado para la fe. Atiende, no obstante. Así como el hombre que tiene en su arca una hermosísima gema, la pone sobre metal para que aparezca a los hombres, así también yo teniendo a mi Hijo en mi corazón quise que se encarnara de la Virgen para que él mismo confiriera la salvación de la vida a los creyentes. Que si le hubiera dado un padre carnal, ¿quién sería entonces? A saber, no mi hijo sino mi siervo; pero esto no debió ser. Él mismo, empero, nacido de la Virgen, comió, bebió, y durmiendo descansó, y otras miserias corporales sostuvo; pero sin embargo no sintió el gusto del pecado en su carne; porque no en la mentira sino en la verdad asumió la carne. ¿Qué es esto? Puesto que los demás hombres nacen en la prevaricación de Adán y Eva por el gusto de la delectación, lo cual está en la mentira y no en la verdad. No así surgió mi Hijo: sino en santidad de la castísima Virgen nació para la redención de los hombres. Pues lo semejante no valdría para soltar a lo semejante de su vínculo, a no ser que viniera uno mayor que pudiera arrebatarlo. ¿Qué es esto? Ya que el hombre nacido en pecados no valió para librar al hombre pecador de la perdición de la muerte; por lo cual mi Hijo vino sin pecado: porque arrebató misericordiosamente al hombre de la muerte, vencida la muerte. Pero el que ve con ojos vigilantes, y oye con oídos atentos, este ofrezca el ósculo de la amplexión a mis palabras místicas, que emanan de mí el viviente.

VISIO SEPTIMA.

SUMMARIUM.---Quod Deus omnia juste dispensans et in justitia diversa dona Spiritus sancti declarans, fideles homines in bonis operibus confortat ut a diabolo superari non possint. De multitudine fidelium et de divina lege coram ipsis extensa. Quod deceptiones diaboli hominibus in via hujus mundi patent. Quod diabolus divitias et delicias hominibus aperte et fraudulenter offert; quas qui concupiscit, emit. Quod diabolicam persuasionem viriliter ei resistentes abjiciunt, quidam tepide viventes ei consentiunt. Verba Ezechielis de eadem re. Quod diabolus omni nequitia plenus, veneno multiformis artis suae, quinque sensus hominum decipere laborat. Quod superbia diaboli in incarnatione Filii Dei dejecta est. De oculis et auribus et naribus serpentis quid significent. De manibus et pedibus et cauda ejus quid significent. Quod potestas omnipotentis Dei fortitudinem diaboli ita contrivit quae nequitiam suam secundum voluntatem suam exercere non potest. Quod diabolus in quatuor partibus mundi incendium iniquae persuasionis in omne genus diversorum hominem emittit. Verba David de eodem. Qualiter diabolus in igneis persuasionibus diversa genera hominum spiritualium et saecularium multimodis tentationibus aggreditur. De tribus aciebus eorum. De tentatione saecularium. De sex modis tentationum spiritualium hominum. De non baptizatis. De sagittis oris ejus et de fumo pectoris et de humore lumborum quid significent. De turbine umbilici et de immunditia ranarum ventris ejus quid significent. Quod diabolus stultos homines per iniquam incredulitatem exagitat, verum esse putante quod ipse eis fallaciter demonstrat. Quod haeretici vitandi et ab Ecclesia abjiciendi sunt qui diabolum pro Deo colunt et sunt viscera diaboli et praecurrens germen filii perditionis. Quod auditorium Dei contemnentes gratia Dei deserit, quaerentibus autem misericorditer subvenit. Verba Salomonis de eodem. Quod veri cultores Dei qui toto adnisu terrena conculcant, antiquum serpentem forti contritione dejiciunt.

Deinde vidi ardentem lucem tantae magnitudinis quantae mons aliquis magnus et altus est, in summitate sua velut in multas linguas divisam. Et coram luce illa quaedam multitudo albatorum hominum stabat, ante quos velut quoddam velum tanquam crystallus perlucidum a pectore usque ad pedes eorum extensum apparebat. Sed et ante multitudinem illam quasi in quadam via velut quidam vermis mirae magnitudinis et longitudinis supinus jacebat: qui tanti horroris et furiae videbatur: ultra quam etiam homo effari potest.

VISIÓN SÉPTIMA.

SUMARIO.---Que Dios dispensando todas las cosas justamente y declarando en la justicia diversos dones del Espíritu Santo, conforta a los hombres fieles en las buenas obras para que no puedan ser superados por el diablo. De la multitud de los fieles y de la ley divina extendida ante ellos. Que los engaños del diablo están patentes a los hombres en el camino de este mundo. Que el diablo abierta y fraudulentamente ofrece riquezas y delicias a los hombres; las cuales el que las concupiscencia, las compra. Que los que le resisten varonilmente arrojan la persuasión diabólica, algunos que viven tibiamente le consienten. Palabras de Ezequiel sobre lo mismo. Que el diablo lleno de toda nequicia, con el veneno de su multiforme arte, trabaja por engañar los cinco sentidos de los hombres. Que la soberbia del diablo fue derribada en la encarnación del Hijo de Dios. Sobre los ojos y oídos y narices de la serpiente qué signifiquen. Sobre sus manos y pies y cola qué signifiquen. Que la potestad del Dios omnipotente así contrito la fortaleza del diablo que no puede ejercitar su nequicia según su voluntad. Que el diablo en las cuatro partes del mundo emite el incendio de la iniqua persuasión en todo género de diversos hombres. Palabras de David sobre lo mismo. De qué manera el diablo en ígneas persuasiones acomete a diversos géneros de hombres espirituales y seculares con multimodas tentaciones. Sobre las tres líneas de batalla de ellos. Sobre la tentación de los seculares. Sobre los seis modos de tentaciones de los hombres espirituales. Sobre los no bautizados. Sobre las saetas de su boca y sobre el humo de su pecho y sobre el humor de sus lomos qué signifiquen. Sobre el torbellino del ombligo y sobre la inmundicia de las ranas de su vientre qué signifiquen. Que el diablo agita a los hombres estultos por la iniqua incredulidad, pensando ellos que es verdad lo que él les demuestra falazmente. Que los herejes deben ser evitados y arrojados de la Iglesia los cuales dan culto al diablo por Dios y son las entrañas del diablo y el germen precurrente del hijo de la perdición. Que la gracia de Dios deserta de los que desprecian el auditorio de Dios, pero subviene misericordiosamente a los que buscan. Palabras de Salomón sobre lo mismo. Que los verdaderos cultores de Dios que con todo denuedo conculcan las cosas terrenas, derriban a la antigua serpiente con fuerte contrición.

Después vi una luz ardiente de tanta magnitud como algún monte grande y alto es, dividida en su cumbre como en muchas lenguas. Y ante aquella luz estaba una cierta multitud de hombres vestidos de blanco, ante los cuales aparecía extendido, desde el pecho hasta sus pies, como un cierto velo tan traslúcido como el cristal. Pero también ante aquella multitud, como en un cierto camino, yacía de espaldas un cierto gusano de admirable magnitud y longitud: el cual parecía de tanto horror y furia: más de lo que incluso el hombre puede expresar.

Ad cujus sinistram quasi forum erat, ubi divitiae hominum atque deliciae saeculares et mercatus diversarum rerum apparuerunt; ubi etiam quidam homines multa celeritate currentes, nullum mercatum exercebant, quidam autem lente euntes et venditioni et emptioni ibi insistebant. Vermis autem ille niger hirsutus, ulcerosus et pustulis plenus erat, quinque varietates a capite per ventrem suum usque ad pedes in modum zonarum descendentes in se gerens, quarum una viridis, alia alba, alia rubea, quaedam crocea et quaedam nigra apparebat, plenae omnes veneno mortifero. Sed caput ejus ita contritum fuit, quod et sinistra maxilla ipsius jam dissolvi videbatur. Oculi vero ejus extrinsecus sanguinei et intrinsecus ignei, aures autem rotundae et hispidae, nares vero et os secundum nares et os viperae; sed manus secundum manus hominis, pedes autem ut pedes viperae, et cauda brevis et horribilis apparebat. Et collo ejus catena imposita fuerat quae et manus et pedes ipsius alligaverat, ita quod et illa catena in lapidem abyssi fortissime firmata, illum tam valide constrinxerat ut se nec hac nec illac secundum nequitiam voluntatis suae movere posset. Ex ore autem ejus multae flammae exeuntes in quatuor partes se diviserunt, quarum pars una usque ad nubes ascendebat, et alia inter saeculares homines, alia autem inter spirituales se extendebat, alia vero usque ad abyssum descendebat. Sed flamma illa quae nubes appetebat contra homines illos praeliabatur qui ad coelos ascendere volebant. Quorum tres acies videbantur; nam acies una prope nubes, et una in medietate illa quae inter nubes et terram est, et una juxta terram pergebat: omnes repetitis vocibus pergamus ad coelos vociferantes; sed a flamma illa hac et illac projecti, quidam non cadebant, alii autem pedibus suis se vix sustentabant, alii vero ad terram cadentes sed iterum surgentes ad coelos tendebant; flamma autem illa quae se inter saeculares homines diffudit, quosdam ex eis comburens et in teterrimam nigredinem vertit, quosdam autem suo acumine ita transfixit, ut eos quocunque voluit inflexerit. De qua tamen quidam se eripientes et ad illos qui coelos petebant pergentes: O vos fideles! praestate nobis adjutorium, resumpto clamore vociferabantur; quidam autem ita transfixi permanserunt. Illa vero flamma quae se inter spirituales extendebat: eos sua caligine obtexit; quos etiam in sex modis considerabam; nam alios eadem flamma crudeli incendio laesit: quos autem laedere non potuit illos aut viridi, aut albo, aut rubeo, aut croceo, aut nigro mortifero veneno illo quod a capite vermis usque ad pedes ejus defluebat ardenter afflavit.

A su izquierda había como un foro, donde aparecieron las riquezas de los hombres y las delicias seculares y el mercado de diversas cosas; donde también ciertos hombres que corrían con mucha celeridad no ejercían mercado alguno, pero otros que iban lentamente insistían allí en la venta y en la compra. Pero aquel gusano era negro, velludo, ulceroso y lleno de pústulas, llevando en sí cinco variedades que descendían desde la cabeza por su vientre hasta los pies a modo de zonas, de las cuales una aparecía verde, otra blanca, otra roja, una cierta de color azafrán y otra negra, todas llenas de veneno mortífero. Pero su cabeza estaba tan triturada, que incluso su mandíbula izquierda ya parecía disolverse. Sus ojos, en verdad, eran sangrientos por fuera e ígneos por dentro, pero las orejas redondas e híspidas, y las narices y la boca según las narices y la boca de una víbora; pero las manos según las manos del hombre, pero los pies como los pies de una víbora, y la cola aparecía corta y horrible. Y en su cuello había sido impuesta una cadena que había ligado tanto sus manos como sus pies, de modo que incluso aquella cadena, firmísimamente afianzada en la piedra del abismo, lo había constreñido tan válidamente que no podía moverse ni hacia aquí ni hacia allá según la nequicia de su voluntad. Pero de su boca salían muchas llamas que se dividieron en cuatro partes, de las cuales una parte ascendía hasta las nubes, y otra se extendía entre los hombres seculares, otra entre los espirituales, pero otra descendía hasta el abismo. Pero aquella llama que buscaba las nubes combatía contra aquellos hombres que querían ascender a los cielos. De los cuales se veían tres escuadrones; pues un escuadrón marchaba cerca de las nubes, y uno en aquella medianía que está entre las nubes y la tierra, y uno junto a la tierra: todos vociferando con repetidas voces: 'Vayamos a los cielos'; pero proyectados de aquí para allá por aquella llama, algunos no caían, pero otros apenas se sustentaban sobre sus pies, otros en verdad cayendo a la tierra pero surgiendo de nuevo tendían hacia los cielos; pero aquella llama que se difundió entre los hombres seculares, quemando a algunos de ellos los convirtió en una negrura feísima, pero a otros los traspasó de tal modo con su agudeza, que los inclinó a donde quiso. De la cual, no obstante, algunos arrebatándose a sí mismos y marchando hacia aquellos que buscaban los cielos: '¡Oh vosotros los fieles! prestadnos ayuda', vociferaban con un clamor reanudado; otros, en cambio, permanecieron así traspasados. Pero aquella llama que se extendía entre los espirituales: los cubrió con su calima; a los cuales también consideraba en seis modos; pues a otros la misma llama los dañó con un incendio cruel: pero a los que no pudo dañar los sopló ardientemente con aquel veneno mortífero verde, o blanco, o rojo, o azafranado, o negro que fluía desde la cabeza del gusano hasta sus pies.

Sed flamma quae abyssum petebat, diversas poenas illorum in se continebat, qui per fontem baptismatis non loti, lucem veritatis et fidei ignorantes, Satanam pro Deo coluerant. Et vidi etiam ex ore ejus acutissimas sagittas stridentes, et a pectore ejus nigrum fumum exhalantem ac a lumbis ipsius ardentem humorem ebulientem, et ab umbilico ejus fervidum turbinem flantem, atque ab extremitate ventris ipsius velut immunditiam ranarum scaturientem; quae omnia magnam inquietudinem hominibus afferebant. Sed et de ipso teterrima nebula cum pessimo fetore egrediens, multos homines sua perversitate infecit. Et ecce magna multitudo hominum in multa claritate fulgentium veniebat quae illum vermem fortiter ubique conculcans acriter eum cruciabat: ita tamen quod ipsa nec a flammis nec a veneno illius laedi poterat.

Audivique iterum vocem mihi de coelo dicentem: Deus omnia juste et recte dispensans, fideles populos ad gloriam supernae haereditatis vocat; sed antiquus deceptor in insidiis positus eos impedire tentans, artes nequitiae suae in ipsos excitat, sed tamen ab eis victus, confusionem praesumptionis suae accipit, cum illi coelestem patriam possideant, et ipse infernales horrores subeat. Quapropter vides ardentem lucem tantae magnitudinis quantae mons magnus et altus est, in summitate sua, velut in multas linguas divisam, quae est ardens in fide credentium justitia Dei in fortitudine potentiae suae magnitudinem sanctitatum et altitudinem gloriae demonstrans, atque in eadem gloria sancti Spiritus diversa dona mirabiliter declarans.

Et coram luce illa quaedam multitudo albatorum hominum stans: est in praesentia justitiae Dei turba in fide lucentium hominum per bona opera sua bene et honeste compositorum, ante quos velut quoddam velum tanquam crystallus perlucidum a pectore usque ad pedes eorum extensum apparet; quia in conspectu suo divinam legem fortem et splendidam ab intentione bonarum actionum usque ad completionem earum semper habent, in quibus ita confortantur, quod astutia et deceptione fallacium persuasionum superari non possunt. Sed quod ante multitudinem illam quasi in quadam via velut quidam vermis mirae magnitudinis et longitudinis supinus jacebat, hoc est quod ante notitiam hominum manifeste cognitus in via mundi hujus quae et bonis et malis ad gradiendum proposita est antiquus serpens non ita in forma sua, sed in significatione mysterii, videlicet magnus in malitia, longus in insidiis projectus apparet, sursum hians ut eos qui ad coelestia tendunt per deceptionem suam dejiciat, sed tamen jacens, quoniam per Filium Dei vires ejus protritae sunt, ita quod in eis stare non valet;

Pero la llama que buscaba el abismo contenía en sí diversas penas de aquellos que, no lavados por la fuente del bautismo, ignorando la luz de la verdad y de la fe, habían dado culto a Satanás en lugar de a Dios. Y vi también de su boca saetas agudísimas y rechinantes, y de su pecho exhalando un humo negro y de sus lomos bullendo un humor ardiente, y de su ombligo soplando un torbellino ferviente, y de la extremidad de su vientre manando como la inmundicia de las ranas; todas las cuales cosas traían gran inquietud a los hombres. Pero también de él saliendo una nebulosa feísima con un fétido olor pésimo, infectó a muchos hombres con su perversidad. Y he aquí que venía una gran multitud de hombres que brillaban con gran claridad, la cual, conculcando fuertemente a aquel gusano por todas partes, lo atormentaba acremente: de tal modo, sin embargo, que ella misma no podía ser dañada ni por las llamas ni por el veneno de él.

Y oí de nuevo una voz que me decía desde el cielo: Dios, dispensando todas las cosas justa y rectamente, llama a los pueblos fieles a la gloria de la herencia superna; pero el antiguo engañador, puesto en emboscadas tratando de impedirlos, excita las artes de su nequicia contra ellos, pero no obstante, vencido por ellos, recibe la confusión de su presunción, mientras que aquellos poseen la patria celestial, y él mismo sufre los horrores infernales. Por lo cual ves una luz ardiente de tanta magnitud como un monte grande y alto, dividida en su cumbre como en muchas lenguas, la cual es la justicia de Dios ardiente en la fe de los creyentes en la fortaleza de su potencia, demostrando la magnitud de las santidades y la altura de la gloria, y declarando admirablemente diversos dones del Espíritu Santo en la misma gloria.

Y una cierta multitud de hombres vestidos de blanco que está ante aquella luz: es la muchedumbre de hombres que brillan en la fe en presencia de la justicia de Dios, bien y honestamente compuestos por sus buenas obras, ante los cuales aparece extendido desde el pecho hasta sus pies como un cierto velo tan traslúcido como el cristal; porque tienen siempre ante su vista la ley divina, fuerte y espléndida, desde la intención de las buenas acciones hasta la consumación de estas, en las cuales de tal modo son confortados que no pueden ser superados por la astucia y el engaño de las falaces persuasiones. Pero que ante aquella multitud, como en un cierto camino, yazga de espaldas un cierto gusano de admirable magnitud y longitud, esto es que ante la noticia de los hombres, manifiestamente conocido en el camino de este mundo que es propuesto tanto a los buenos como a los malos para caminar, aparece proyectado el antiguo serpiente no tanto en su forma, sino en la significación del misterio, a saber, grande en malicia, largo en emboscadas, boquiabierto hacia arriba para derribar por su engaño a los que tienden a lo celestial, pero no obstante yaciente, puesto que por el Hijo de Dios sus fuerzas han sido trituradas, de modo que no vale para estar en pie en ellas;

quamvis tanti horroris et furiae videatur, ultra quod etiam homo effari potest; quia venenosum furorem et malitiosus conatus in multiplicitate diversitatis ejus, aestimatio mortalis hominis explicare non valet. Unde et ad ejus sinistram quasi forum est ubi divitiae hominum atque deliciae saeculares, et mercatus diversarum rerum apparent; quoniam in morte quae illius proditoris sinistra intelligitur forum cernitur, quod nequissima opera ipsius sunt mortis: ita quod ibi in divitiis corruptibilibus superbia et vana gloria et in deliciis transitoriis lascivia et concupiscentia ut in mercatu venditiones ac emptiones multarum varietatum terrenarum cupiditatum fervent: ita ut qui diabolicum terrorem palam exhorruerit, ab his latenter decipiatur, videlicet cum ei multae suasiones vitiorum leviter offeruntur, veluti cum per mercatorem diversa mercimonia hominibus ostenduntur, ut per hoc delectati, tanto ardentius emant quod sibi oblatum viderint; nam diabolus artes suas hominibus fraudulenter offert; sed qui tunc eas concupiscunt, ii eas emunt. Quomodo? Bonam conscientiam suam quasi vendentes abjiciunt, et mortifera vulnera animarum suarum quasi ementes sibi contrahunt. Sed ibi quidam homines multa celeritate currentes nullum mercatum faciunt, quia ipsi Deum cognoscentes, thesaurum bonae voluntatis, et aromata virtutum portant et sibi ea virilissime comparant: ita quod saeculares voluptates et diabolicas spurcitias velociter in mandatis Dei transeuntes, dulcedinem carnis suae contemnunt. Quidam autem lente euntes et venditioni et emptioni ibi insistunt, quoniam hi tarditatem in bonis operibus habentes, per teporem corporis sui coeleste desiderium velut illud vendentes in semetipsis exstinguunt, et voluptatem carnis suae quasi eam ementes in se enutriunt. Quapropter illi mercedem bonae operationis accipient, et isti poenas iniquitatis suae sustinebunt, quemadmodum Ezechiel ostendit dicens: Justitia justi super eum erit: et impietas impii erit super eum (Ezech. XVIII). Quid hoc? Fulgida opera puri hominis illum in sanctitate perfundunt, et quasi mille oculi aspicientes in altum atque in profondum ubique eum circumdant, sursum ferentes eum in magnum honorem et in voluptatis suae mortificationem, prout Spiritus sanctus illi inspiraverit, veluti ala volucrem sursum in aere tollit quocunque illi placuerit. Sed vipereum venenum nequitiae sunt saevissimae viperae, quae conspumat coelum, margaritam luto involvens, et super pulcherrimum omnium speciosorum fremens, eum vero qui illud infideliter subsequitur, de nobilissimo opere digiti Dei, et ab omni honore et a beatitudine supernae visionis abjicit, atque eum exsulem faciens, a vivente fructu et a radice justae arboris abscindit.

